

GELII
MIL
ETA

72



- constant mihi G. H.*
1. Ezechiel propheta
Victor: Strigelii
Lipfue, 1570
 2. Daniel propheta
Victor: Krizelij
Lipfue 1572.

oo Rm

DANIELIS

PROPHETAE
SCRIPTVM,

AD EBRAICAM ET
CHALDAICAM VERITA-
tem recognitum, & argumentis
atque scholijs illu-
stratum

à
Victorino Strigelio.



L I P S I A E. 6

CVM PRIVILEGIO DECENNII.

Vol 5836

M
==

DANIELIS

PROPHETAE

SCRIPTURAE

AD EBRAM ET

CHALDAICAM VERITATEM

tem recognitionem & argumentis

scripturae scholae illius

hanc

2

Victorino Strigilio.



ELIPSAE

CVM PRIVILEGIO DECENNII

CLARISSIMO
ET HUMANISSIMO
VIRO, DOCTRINA, VIR-
tute, & eloquentia præstanti D. Christophoro
Dorfeldio, Iuris vtriusq; Doctori, &c. com-
patri & amico suo cum obseruantia co-
lendo, Victorinus Strigelius

S. D.

EVSEBIUS Cæsariensis præsul,
duo volumina lectu dignissima
posteritatis memoriæ reliquit, in
quorum altero, quod inscribitur: de
præparatione Euangelica, collegit
multas refutationes aduersus Ethni-
cos, in altero, cui titulus est: de de-
monstratione Euangelica, refutauit
Iudæos dissentientes ab Ecclesia de
Messia, quem negant venisse & passu-
rum esse, & daturum iusticiam & vi-
tam æternam, sed somniant regnum
politicum habiturum esse. Etsi autem
ex omnib. prophetarum scriptis tan-
quam apicula flosculos fragrantis
odore cœlestis doctrinæ decerpit:
tamen præcipuam refutationem Eth-
nicorum & Iudæorum, pugnantium
cum Ecclesia, ex libro Danielis, quasi
quodâ sancto augustoq; fonte, hausit.

A 2

Cum

E P I S T O L A

Cum enim Ethnicis opponi & debeant & possint gradus testimoniorum, qui sumuntur à miraculis & vaticinijs, à collatione doctrinarum, à fortitudine martyrum, à conseruatione Ecclesiæ, à pœnis hostium Euangelij & Ecclesiæ, res ipsa conuincit nos, vt fateamur Danielem de his omnibus testem esse grauisimum & locupletissimū. Nam vt à miraculis ordiamur, Quid est aut tam admirabile, quàm interpretatio somnij de ordine regnorum? de pœna Nabogdonosor & restitutione eius? aut tam inauditum, quàm conseruatio trium virorū, qui propter confessionem in flāmas coniecti erant? aut tam inusitatū, quàm protectio Danielis inter leones? Hæc nisi ita esse magna & mirabilia fateamur, vt ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit, amentes simus. Sed tamen vaticinia Danielis sunt his maiora. Prædixit enim quatuor futuras Monarchias, & in quarta venturum Dominū, & pene ipsum articulum constituit. Quid, quod de translatione Monarchiæ Persicæ ad Græcos, de immanitate Antiochi Epiphanis,

DEDICATORIA.

phanis, de regno Mahometico, & de alijs multis regnis ita vaticinatus est, vt non tam futuros rerum euentus prædicere, quàm totam mundi historiam narratione sua complecti videatur? Quare cum non dubium sit hæc vaticinia à Deo orta, & Danieli monstrata esse, testantur & reliquam doctrinam huius vatis diuinam esse. Ostendit & doctrinarum collatio, Danielis doctrinam à Deo traditam esse. Nam Daniel monstrat regi Nabogodonosor remedia, quorum efficaciam expertus est in vera conuersione ad Deum. Tales consolationes ignorat Philosophia, quæ tantum est, vt Plato verissime dixit, meditatio mortis. Quid dicam de fortitudine trium virorum in medijs flammis, & Danielis inter leones, qui maluerunt interfici, quàm abijcere confessionem? Cum igitur nemo sanus velit tam tristia pati propter inanes fabulas, ipso facto ostenderunt, se vere hoc sentire, quod profitebantur. Adde huc perpetuam conseruationem Ecclesiæ inter tristissimas mutationes & ruinas imperiorum. Etsi enim omnibus seculis sum-

mi reges, & antecellentes gloria & potentia, opprimere eam conati sunt, vt Pharao, Nabogdonosor, Antiochus, Romani Imperatores multi, Turci & alij innumerabiles: tamen hic coetus egenus et pauper nunquam omnino deletus est, nec deinceps vlllo tempore funditus deleri poterit. Ac ne illa quidem consideratio negligenda est, quæ nos de pœnis hostium Ecclesiæ admonet. Quam enim duriter castigatus sit Nabogdonosor, qui interfecerat multos sanctos, deleuerat templum toto orbe celebratissimum, coniecerat in ignem viros sanctos, taxantes impios cultus, liber Danielis satis declarat. Quantas porro pœnas blasphemie aduersus Deum & sæuicie in Ecclesiâ Baldassar rex impius persoluerit, quis est qui ignoret? Cum igitur scriptum Danielis præcipuos gradus testimoniorum, de quib. breuiter dixi, complectatur, iure ac merito laudatur non solum diligentia, sed etiam prudentia Eusebij Casariensis, qui in refutatione Ethnicorum ad hos fontes digitum præcipue intendit.

S E D non minus firma refutatio
Iudæo-

D E D I C A T.

Iudæorum abhorrentium à veritate ex eodem scripto sumi potest. Nam Daniel prædixit, Christum ~~stante politica Mosaica~~ venturum esse, & numerum annorum expressit. Prædixit & futurum esse, vt interficiatur, & tamen tollat peccatū & mortem, & deinde politiam Iudaicam interituram esse, nec vnquam instaurari posse. Hæ prædictiones perspicue refutant multos Iudæorum errores. Nam excidiū vrbis Ierusalem testatur Messiam exhibitū esse, cum exhiberi eum adhuc ~~stante politica Iudaica~~ oportuerit. Hoc testimonium de perpetua vastitate politia Iudaicæ Eusebius in libris de demonst. Euang. omnib. alijs testimonijs anteponebat. Etsi enim Iudæi pertinaces callide & veteratorie reliqua dicta prophetarū corrumpunt: tamen hoc testimonium in oculos incurrens, nullis præstigijs cauillationum eludere possunt. Nā rudera & cineres ostendunt, Ierosolymam, templū, politia Iudaicā, funditus deleta esse, nec instaurari potuisse, etiamsi aliquoties instauratio tentata & inchoata est. Illi ergo cineres & solitudo illa testi-

E P I S T O L A

monium dicunt, quod missus sit Messias, non quidem ad constituendum regnum politicum, sed ad restituenda bona æterna, vt Daniel inquit, Adducetur iusticia sempiterna. Et quoniam in hanc commemorationem de instauratione Ierosolymæ contra Dei decretum tentata ingressus sum, repetam verba Ammiani Marcellini, qui res Iuliani lib. 23. describens, inquit: Imperij sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare, ambitiosum quondam apud Ierosolymam templum, quod post multa & interneciua certamina obsidente Vespasiano, postea à Tito ægre est expugnatum, instaurare sumtibus cogitabat immodicis. Negociumq; maturandum Alipio dederat Antiochensi, qui olim Britannias ꝑcurauerat præfectus. Quum itaq; rei eidem fortiter instaret Alipius, iuuaretq; prouinciæ Rector, metuendi globi flammaram propè fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecêre locum exustis aliquotiens operantibus inaccessum. Hocq; modo elemento destinatus repellente cessauit incæptum. Hæc ille.

Agno-

D E D I C A T.

Agnoscamus igitur filium Dei non esse otiosum ad dexteram æterni Patris, sed cum hostibus suis, Ethnicis, Iudæis, & alijs blasphemis, ita bellum gerere, vt facile ipsi victoriã tradant. Etenim Iulianus bellum gerens cum Persis, in prælio vulnus accepit incerto autore, ac relatus in castra, sanguinem caua manu exceptũ, sursum sparsit, clamans: Vicisti tandem Galilæe. Illud etiam consideratione & admiratione dignissimũ est, quod filius Dei eodem tempore suam potentiam aduersus Iudæos & Ethnicos declarauit. Non solum enim Iudæorum conatus contra decretũ Dei, & contra prædictiones Danielis & Christi, inanes & irriti fuerunt, vt iam dixi: sed etiam Delphicum templum, omnium templorum Ethnicorum locupletissimum, cum Iulianus legatos eò misisset, interrogaturos de euentu belli Persici, fulmine cœlitus incensum, totum conflagrauit, nec vnquam deinceps instauratum est. Horum igitur duorum templorum, Iudaici & Delphici euersio, diuinitus facta eodem tempore, insolentiam

E P I S T O L A

Iudæorum & Ethnicorum valde re-
pressit, & pios confirmavit.

Cum autem non fatis sit habere in
promptu perspicuas refutationes alia-
rum sectarū, quæramus etiam in scri-
pto Danielis confirmationes articu-
lorum, qui ad salutis nostræ funda-
mentum pertinent. Docet enim hic
propheta, quis sit Messias, & quæ sint
eius beneficia, & quomodo accipien-
da sint. Affirmat hunc redemptorē esse
filium Dei & filium hominis, & delecto
peccato, placata ira Dei, abolita mor-
te, adducturū esse iusticiam sempiter-
nam. Vtilissimum est autē in singulis
testimonijs meminisse ipsa prophetæ
verba, in quib. amplissima doctrina
continetur, vt cap. 9. his verbis bene-
ficia Messiaë describit: Septuaginta
hebdomades præfinitæ sunt super po-
pulum tuū, & super urbem sanctuarij
tui, vt finiatur præuaricatio, & obli-
gnetur peccatū, & fiat ppitiatio pro
iniquitate, & adducatur iusticia sem-
piterna, & cōpleatur visio & prophe-
tia, & vngatur sanctus sanctorum. Et
in eod. capite confugiens ad miseri-
cordiam, petit se exaudiri propter
Domi-

DEDICATORIA.

Dominum, id est, propter promissum Mediatorem. Sed hæc in præfatione complecti nimis longum esset. Nunc igitur de consilio huius editionis pauca dicam. Sicut antea pio studio edidi Esaiæ prophetæ conciones argumentis & scholijs illustratas, ita nunc cum studiosis pietatis communico librum Danielis, qui partim Ebraico sermone, partim Chaldaico scriptus est. Etsi autem vtriusq; sermonis magna affinitas est: tamen Chaldaicus habet sua quædam vocabula, & peculiarem inflexionis formam. Ideo in ea parte libri Danielis, quæ Chaldaice scripta est, secutus sum Hieronymi Stridonensis, Sebastiani Munsteri, & soceri mei piæ memoriæ D. Erharti Snepfij, ductû & auspicia. Non enim tantum mihi sumo, vt meo iudicio de lingua Ebraica & Chaldaica plus tribui velim, quàm horum virorum iudicio, qui singula verba ad calculos vocarunt, & de phrasi vtriusq; linguæ coniecturas minime fallentes habuerunt. Quare si quid in vulgari versione emendatum est, id eorum, quos honoris causa nominaui, autoritate & exem-

E P I S T O L A

exemplo factum est. Neq; vero prolixam enarrationē concionib. Danielis addere volui, cum sit in omnium manibus eruditissimus & incomparabilis commentarius clarissimi præceptoris D. Philippi Melanthonis, sed tantum argumenta & scholia singulis capitibus addidi, vt ijs gratificarer, qui amant breuitatem, nec procul à conspectu textus Prophetici abduci volunt.

C A V S A autem, cur huic editioni tuū nomen Clarissime Doctor Christophore ascripserim, non hæc tantum est, quod scio te in hac ingenij & virtutis præstantia libenter legere totam Danielis historiam, sed etiam quia vidi penitusq; perspexi in meis varijs temporibus & sollicitudines ac læticias tuas. Nullum autem certius veri amoris signum est, quàm & lætari amicorum læticia æque atque nostra, & pariter dolere angoribus. Accipies igitur hunc librum tanquam monumentum & pignus mutuæ erga te beneuolentiæ, coniunctæ cum pari obseruantia, & hanc significationem mei erga te studij boni consules. Id si
non

D E D I C A T O.

non merentur meæ annotationes, ta-
men Danielis nomini tribuito, quem
iuniores avidius legent, cogitantes
hunc Prophetam à te quoq; magni-
fieri, quem Deus excellenti ingenio,
virtute & eloquentia ornauit. Bene
& feliciter vale Vir Clarissime, &
Compater colende, Lipsiæ Cal. Au-
gusti, Anno Christi 1565.

O R A -

D E D I C A T O

non tantum nec annotationes, sed
men Danichs homini tributo, quem
imiores audibus legent, cogitantes
hunc Prophetam a te prop; videri
fieri, quem Deus excellenti ingenio,
virtute & eloquentia ornauit. Bene
& feliciter vale Vir Clarissime, &
Comparer colende; Lipsiae Cal. Au-
gusti, Anno Christi 1587.

O R A

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



I
O R A T I O D E
P R O P H E T A
D A N I E L E .

MA G N I F I C E Domine Reſtor, Am-
pliſſimi, Reuerendi, Humaniſſimi, Op-
timi doctiſſimiq; viri, & ſtudioſa bonarum ar-
tium iuuentus: Cum hodierno die, quod fau-
ſtum & felix ſit, doctrinae teſtimonium tribu-
endum ſit aliquot viris honeſtis & doctis, &
conſuetudo poſtulet in talibus congreſſibus ali-
quid dici, quod cum vtilitate iuuentutis con-
iunctum ſit, Peto à vobis reuerenter & aman-
ter, vt me officij potius quam dicendi ſtudio
hanc ſuſcepiffe operam ac munus putetis. Sed
ne videar de veſtra ſapientia atque de veſtra
humanitate dubitare, omiſſa longiore petiti-
one exponam vobis breuiter, quale argumen-
tum orationis ex plurimarum & optimarum
rerum cumulo potiſſimum elegerim. Eſi enim
nemo tanta eloquentia præditus eſt, neque tam
diuino atque incredibili genere dicendi, qui
Danielem Prophetam oratione ſua ſatis or-
nare poſſit: tamen propter multas cauſſas de
hoc ampliſſimo argumento, in quo non tam co-
pia, quam modus dicendi querendus eſt, qua-
licunq; oratione iuniores commonefaciam. Pri-
mum, quod Daniel ſuo exemplo iuuentutem ad
colen-

solenda humanitatis studia hortatur, & hostes atque contemtores Philosophiæ refutat. Constat enim Danielelem mandato regis Nabodonosor, qui à Ptolemæo appellatur Nabopolassar, honeste educatum & ijs artib. imbutum fuisse, sine quarum cognitione & scientia nemo ad Rempub. satis ornatus potest accedere. Deinde, quod tota Danielis historia plena est exemplorum, quæ ad virtutum imitationem nos excitare & possunt et debent. Est enim Daniel omnium qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia ac gloria princeps. Maxime vero hac causa moueor, vt de Daniele aliquid dicam, Quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut imperita in multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium, sed in cœtu virorum, qui in omni genere ac varietate artium excellunt. Nam Danielis scriptum homines doctos maximarum rerum bonitate augere, & ipsa varietate delectare potest. His igitur & alijs causis permotus, de Daniele Propheta dicam non quantum debeo, sed quantum possum, sic tamen vt oratio congruat ad historiam & doctrinam, quam ipse nobis tradidit.

Cum autem Danielis scriptum sit partim historicum, partim propheticum, primum mihi repetenda videtur historia earum rerum, quibus Daniel non interfuit solum, vt spectator

&

& auditor, sed etiam praesuit tanquam dux
& moderator Ecclesiae & Reipub. Deinde
ostendendum, nullum Prophetam tam aperte
de Christo dixisse, cum non modo scribat eum
esse venturum, quod est commune cum cate-
ris, sed etiam quo tempore venturus sit, doce-
at, & reges per ordinem digerat, & annos
enumeret, ac manifestissima signa praenunciet,
vt diui Hieronymi verbis vtar. Hæc duo dum
explico, peto à vobis, vt eadem benignitate
qua soletis, verba mea audiatis.

Sed quoniam magna pars hominum eodem
consilio Ecclesiae historias et prophanas legunt,
antequam ad recitationem historiarum, quas
liber Danielis continet accedo, de discrimine
historiarum Propheticarum & Ethnicarum
pauca dicam. Ac mihi quidem videntur hi-
storia Ethnica tantum proponere exempla iræ
Dei contra atrocita scelera, & quasdam ad-
monitiones pertinentes ad secundam tabulam
Decalogi. At in historia Ecclesiae vtriusque ge-
neris exempla proponuntur, exempla iræ in
pœnis, & exempla misericordiae seu gratiae,
vt in historia Danielis interitus tyranni Bal-
thasari est horrendum exemplum iræ Dei ad-
uersus blasphemiam ac seuitiam, quæ in Ec-
clesiam exercetur. Regis vero Nabogdonosor
conuersio illustre exemplum est regulæ, Gra-
tia exu-

4 DE PROPHETA

tia exuberat supra peccatum. Etsi enim hic
 rex deleuerat templum veri Dei & urbem
 Ierosolymam, interfecerat sanctos innumera-
 biles, iusserat adorari idola, coniecerat in
 flammis tres viros, deniq; his omnibus addide-
 rat superbiam intolerabilem: tamen à Deo re-
 cipitur contaminatus tam horrendis sceleribus,
 vt non dubitemus gratiam exuberare supra de-
 lictum, & filium Dei potentiozem esse toto re-
 gno peccati. Deinde in historia Ecclesie tradū-
 tur admonitiones de vtraq; tabula Decalogi,
 de fide, & de bonis operibus, vt in scripto Da-
 nielis multa dicta sunt de filio Dei, de fide, de
 veris cultibus, valde perspicua. Postremo in
 Ethnicis historijs nulla extat doctrina de vera
 agnitione & inuocatione Dei, nulla firma con-
 solatio, nulla testimonia presentie dei in erum-
 nis, vt Hercules celebratissimus in historia Eth-
 nica nec inuocat Deum, nec cernit armatum se
 esse hoc robore animi diuinitus. Ideo paulo post
 tantum decus amittit, & in erumnis iacet si-
 ne Deo, sine opitulatore, nec ei quicquã Eth-
 nicae religiones profunt. At tres viri coniecti
 in flammis vera inuocatione Deum colunt, &
 retinent fidem ac spem in media morte, &
 agnoscunt manifestam presentiam filij Dei.
 Hanc admonitionē de discrimine historiarum
 Ethnicarum & nostrarum, initio propter iu-
 niores

niores recitavi, & vt auidius legant historias
 Propheticas, qua multa de articulis fidei, &
 de gubernatione ac defensione Ecclesiae mo-
 nent, & vt Ecclesiam rectius nosse discant.
 Nunc igitur ad id, quod institui, accedo.

A N N O tertio Ioakim vel Iehoiakim filij
 Iosia, hoc est, anno septimo ante spontaneam
 migrationem Ieconia siue Ioachin, vt nunc sa-
 ne momenta temporum non nimis subtiliter
 constituamus, Nabogdonosor Magnus rex Ba-
 bylonicus indixit tributum regi Ioakim, &
 abduxit multos Iudaeos in Babylonem, inter
 quos & Daniel & alij quidam nobiles adole-
 scentes abducti sunt, quos rex honeste educari
 & doceri curauit. Cum autem Daniel fuerit
 de semine regio, vt sacra scriptura testatur,
 nemini dubium esse potest, quin ortus sit ex fa-
 milia Dauidis. Itaque Christo coniunctus est
 non tantum fide, qua omnes credentes effici-
 untur fratres & membra Christi, sed etiam
 propinquitate sanguinis. Neq; verò nobilitate
 generis & formae dignitate solùm, verumet-
 iam ingenio excelluit, quod omnium doctrina-
 rum de Deo & alijs rebus bonis capax fuit, &
 ad virtutem flecti potuit. Quare cum ad na-
 turam eximiam atque illustrem accesserit libe-
 ralis disciplina & doctrina, minime miran-
 dum est, DANIELEM praclarum ac singularem

gubernatorem Ecclesie & Reipublice annos septuaginta fuisse. Vixit enim vsq; ad annum tertium Cyri, qui Dario Medo successit, & annos viginti duos regnavit. Etsi autem ab alijs artificibus, qui eloquentia antecellunt, splendide & copiose Philosophia defensa est, neq; hoc tempore nobis propositum est refutare eos, qui contendunt nihil opus esse illa subtili eruditione, aut Philosophiam pietatis luminibus officere & obstare: tamen ad confirmandos animos iuventutis contra clamores hostium & contemtorum Philosophie, duo testimonia, vnum Basilij, alterum Nazianzeni recitabo, quorum consensum pluris facere debemus, quam indoctorum futiles opiniones, vt Plato in Epistola quadam ad Dionysium inquit: *κρείωτέρα τῶν θεῶν ἀνδρῶν μαντεύματα, ἢ τὰ τῶν μὴ.* Ita enim censet, itaq; differit Basilii in concione de utilitate lectionis scriptorū Ethnicorum: Quemadmodum in plantis differunt fructus à folijs: ita magnum discrimen est inter Philosophiam & eam sapientiam, quam filius Dei ex sinu eterni Patris protulit. Nam ex doctrina Euangelij possunt decerpi fructus Deo placentes, & salutare animæ nostræ & Ecclesie: At Philosophia similis est folio, quia tantum seruit huic mortali vitæ. Sed vt folium tegit & ornat fructus, sic Philosophia
 phia

phia magnum ornamentum est Ecclesiae, & adminiculum cum in explicatione, tum in propugnatione doctrinae Evangelij. Hanc ob causam & Moyses, cuius nomen propter sapientiam apud omnes homines clarissimum est, litteras & artes Aegyptiorum didicit, Et Daniel sapientia Chaldaeorum imbutus, ad gubernationem Ecclesiae & Reip. accessit. Verba Basilij, quorum sententia utcumq; reddita est, asseribam, si quis forte testimonium hoc magis amabit, propter tanti viri auctoritatem: Καθάπερ φυτὸς οἰκεία μὲν ἀρετῇ τῷ καρπῷ βρέειν ὠραίω, φέρει δὲ τινὰ κόσμον καὶ φύλλα τοῖς κλάδοις πεσειόμενα· οὕτω δὲ καὶ ψυχῇ, προηγουμένως μὲν καρπὸς, ἢ ἀλήθεια, ἐκ ἀχαρί γε μὴ οὐδὲ τιμῆ δύραθεν σοφίαν περιεβλήσῃ, οἷόν τινὰ φύλλα σκέπῃ τε τῷ καρπῷ καὶ ὄψιν ἐκ ἀωρον παρεχόμενα. λέγεται τοίνυν καὶ μουσῆς οἰκείνος ὁ πάνυ, οὗ μέγιστον ἔστιν ὅτι σοφία παρὰ πάντων ἀνθρώποις ὄνομα, τοῖς αἰγυπτίων μαθήμασιν ἐγγυμνασάμενος τιμὴν διάνοιαν, οὕτω προσελθεῖν τῇ θεωρίᾳ τῆς ὄντος. παραπλησίως δὲ τέτρω καὶ τῶν τοῖς κάτω χρόνοις τὸν σοφὸν δανιὴλ ὅτι βαβυλωνῶνος φασὶ τιμὴν σοφίαν χαλδαίων καταμαθόντα, τότε τῶν θεῶν ἀφάσως παιδεύματων. Nazianzenus vero in oratione funebri de Basilio, & bona ingenia ad philosophiam colendam hortatur, & causam exponit, quare multi hanc doctrinam ex alto despiciant.

8 DE PROPHETA

Constat inter omnes, qui habent aliquid sanitatis, doctrinam esse summum bonum, Non hanc solum præstantiorem nostram, quæ omnem ambitiosum orationis ornatum negligens, sola rerum bonitate & salutis ratione contenta est, sed etiam externam illam, quam multi Christiani tanquam insidiatricem, fallacem, & à Deo procul abducentem respiciunt & aspernantur. Sed tales in summo errore versantur, atque in maximarum rerum ignorantia. Quemadmodum enim cælum et terram, & aërem, & quæ his continentur, non ideo contemnimus, quod aliqui creaturis honorem diuinum tribuunt: sed quicquid in singulis boni est, ad usum vitæ prudenter accommodamus, & nocitura, quantum fieri potest, declinamus, nequaquam conditori creaturam anteponentes, sed potius ex operibus fabricatorem agnoscentes: ita philosophiam quodam iudicio amplectimur, & si quid in ea hæret erroris aut impietatis, id omne constanter reijcimus, simul ex collatione discentes Ecclesiæ doctrinam perfectiorem esse. Non igitur contemnenda est liberalis doctrina propter quorundam inconsiderata iudicia, sed malis et indoctis annumerandi sunt, qui volunt omnes sui similes esse, ut in turba similium latere, & inscitiam reprehensionem effugere possint. Hactenus Nazianzenus.

Quis

Quis porrò non iure miretur constantiam Danielis & sociorum eius, quos de pio proposito nulla res potuit depellere? Neque enim exilium, nec dominorum impietas, nec seruilis conditio, nec graue regis iugum, nec ætatis flos, nec vitæ amor, nec metus mortis, neque quicquam aliud eos inflexit, vt minimam legis partem violarent, aut transuersum vnguem ab ea discederent, sed magnopere orant eum, cui puerorum erat demandata cura, vt legumina ad victum suppeditet, reiectis aulae delicijs, & varietate ciborum repudiata, quam mentione idolorum contaminari videbant. Tanta etiam animi magnitudine, orta à fide & dilectione paternæ auitæq; religionis præditi erant, vt omni asseueratione confirmarent, se vescentes leguminibus non cessuros de formæ dignitate alijs pueris, qui regio victu pascerentur. Neq; verò spe sua frustrati sunt, sed pietatis amplissimum fructum ceperunt. Euentus enim ostendit ipsos antecellere reliquis pueris, & robore corporis, & formæ atq; ingenij præstantia.

Cum autem iam ea ætate essent, vt partem gubernationis sustinere possent, non voluit Deus latere eos in solitudine et specu aliquo, et tantum arcanis ceremonijs vacare, sed voluit eos in maximis turbinibus & fluctibus Reipub.

versari, ut ibi circumferrent doctrinam diuinitus traditam, & in his periculis exercerent fidem, inuocationem, confessionem, & dilectionem erga alios homines.

cap. 12. **A C P R I M V M** quidem tyrocinium huius militiæ satis arduum fuit. Nam anno secundo post vastitatem Aegyptiam, ut testatur Iosephus libro decimo τῆς ἀρχαιολογίας, vidit Nabogdonosor mirabile somnium, quod erat partim δημόσιον, hoc est, publicis rebus & publico statui, partim κοσμητικόν, id est, toti mundo futuros euentus significans. Visus est enim videre statuam grandem & sublimem capite aureo, pectore & brachijs argenteis, ventre & femoribus æneis, tibijs ferreis, imis pedib. partim ferreis, partim fictilibus, et tandem auulsum à monte prægrandem lapidem suoapte nutu & impetu precipitari in statuam, eoq; ictu primo ferreas & fictiles pedum partes, mox reliquas partes vniuersas comminui velut in paleas, ipsum autem montis fragmen crescere & dilatari, donec impleret vniuersam terram. Hanc imaginem ostensam diuinitus cum rex oblitus esset, iussit ad se vocari omnes sapientes totius regni, quorum vanitate deprehensa edictum seuerissimum proposuit de necandis omnibus, qui antea sapientie nomine maximo in precio habiti, & apud regem

regem gratiosissimi fuerant. Hoc edicto promulgato, sapientes ad necem rapiabantur, querebanturque Daniel & socij eius, ut ipsi quoque interficerentur. Sed Dominus, qui nouit suos ex faucibus fati eripere, siue ut Psalmus ait, exaltare de portis mortis, opem & auxilium tulit Danieli & socijs eius, qui iam in acie nouacula versabantur. Nam Daniel deliberandi sibi tempus à rege postulauit, non ut sagacitate mentis humanae occulta ex latebris in lucem proferret, sed ut peculiare donum intelligendi & interpretandi somnia pijs precibus à Deo impetraret. Nec vero solus Deo preces adhibuit, sed socios sibi adiunxit, ut quorum erat commune discrimen, communis esset & oratio. Quàm enim efficax sit precatio, quæ à multis pijs simul concipitur, docet Tertulliani memorabilis sententia in Apologetico: *Coimus in cœtum & aggregationem, ut Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes, Hæc vis Deo grata est.* Quare cum Deus Danieli imaginem & interpretationem somnij regij ostendisset, ut se autorem esse testaretur, non solum erga Deum gratus fuit, sed etiam erga sapientes Babylonis admirabili ac pene incredibili dilectione usus est. Extat apud Poëtam immanis versus, qui declarat, quanta confusio sit in cupidi-

B 5 tate

Tertullianus.

tate priuata vindicta: Pereant amici, dum
vnà inimici intercidant.

Et in Satyra dicitur:

At vindicta bonum vita iucundius ipsa.
Sed hunc turbulentissimum & seuisimum af-
fectum, qui turbat imperia & vitam commu-
nem, spiritu dilectionis & modestie Daniel
oppressit atq; extinxit. Etsi enim inter sapien-
tes Babylonis haud dubie multi erant partim
inuidi, certantes cum Daniele de antecellen-
tia, partim inimici malis artibus exulem sapi-
entia & virtute prestantem oppugnantes: ta-
men Danielis tanta mansuetudo, tam inusita-
ta inauditaq; lenitas est, vt pro sapientibus
Babylonis intercedat, & summum iudicem
obsecret, ne amulis & hostibus vsuram huius
lucis eripiat. Norat enim speciosius iniurias be-
neficijs vinci, quàm mutui odij pertinacia pen-
sari. Incredibilem verò modestiam huius vatis
ac penè diuinam tacitus nullo modo præterire
possum. Non enim propter singularem lucem
& sapientiam sese miratur & magnificat, nec
alios homines infra se positos quasi ex alto de-
spicit, sed Deo laudem sapientie tribuit, in-
quiens: Mibi non in sapientia mea, quasi hu-
ius possessione omnibus hominibus antecellam,
hoc mysterium reuelatum est. O modestiam
admirabilem, atq; omni laude, predicatione,
litteris

literis monumentisq; decorandam. Pudeat igitur nos nostræ arrogantia, qua efferimus nos quasi vertice cœlum tangentes, & blandimur ipsi nobis, quasi antecellamus omnibus sapientia & virtute.

SE D redeo ad somnium ἀλλυγοεικὸν supra recitatum, quod Daniel regi id oblito reuocat in memoriam, & de distinctis quatuor Monarchijs interpretatur, quibus finitis Deus suscitaturus sit regnum æternum, collectis iustis & traductis ad consuetudinem sui æternam & ad æternam læticiam, impijs abiectis in æterna supplicia. Hac interpretatione audita, Nabogonosor honore afficit Danielem, quia agnoscit diuinitus ei datam esse sapientiam supra communem captum. Nam honos principaliter refertur ad Deum, & ad opera Dei præcipua, sapientiam, virtutem, defensionem, & liberationes.

Verè igitur de Daniele dici potest, quod de Pompeio Cicero dixit, In hunc Deū & homines omnia ornamenta certatim congesisse. Fuit enim Danieli donum prophetiæ diuinitus tributum, quale nullus reliquorum prophetarum habuit, Nam & numerum annorum constituit, intra quos Messias pro genere humano futurus erat victima, & Monarchiarum seriem monstrat, & clarè dicit, in quarta

Monar-

Monarchia venturum Dominum. Deinde nemo ex posteris Abrahae ad tantum fastigium ascendit. Etsi enim Ioseph magno in honore fuit apud Pharaonem regem Aegyptium, & David atq; Salomon in politia Israël floruerunt: tamen quid sunt regnum Aegypti et politia Israël? si conferantur ad duas florentissimas Monarchias, Babyloniam & Persicam, quas gubernavit Daniel, & in quibus Nabogonosor & Darius edicta plena pietatis de colendo Deo Danielis proposuerunt. Quàm autem verè à Prospero dictum sit in quodam Epigrammate:

(sunt, Nunquã bella bonis, nunquam discrimina de-

Et cum quo certet, mens pia semper habet: ostendit historia de tribus socijs Danielis, qui interpretatione somnij de ordine regnorum ex media morte erepti, in nouum vitæ discrimen adducuntur. Nam rex Nabogonosor spiritus altos gerens, proponit maximam illam statuam, ex ligno & auro conflata, & seuerissime mandat, vt omnes hanc statuam diuino honore colant, simul denuncians non obedientibus horribilem pœnam, videlicet, vim flammarum immensa materia auctam. Hoc edicto proposito non solum maxima multitudo imperata facit, sed etiam aulici sycophanta, qui artes nocendi sciunt astutissime, regis crudelitatem

tem aduersus socios Danielis his & similibus
 verbis acuunt: Quid tam insolens, tam per-
 uersum praposterumue dici aut excogitari po-
 test, quam paucos quosdam Iudæos in tuo re-
 gno exulantes, & maximis à te honoribus af-
 fectos, mandatum tuum de adoratione statuæ
 tetrè ac impiè cum summa temeritate & im-
 pudencia violare? Cum enim mandatis tuis
 ciues assentiantur, socij obtemperent, hostes
 obediant, Quis non acerrime oderit maxi-
 meq; detestetur hos inimicos bonorum, reos
 læsæ maiestatis, scelerum fœdere inter se ac ne-
 faria societate coniunctos?

Quare si vis tuam autoritatem sacrosan-
 ctam & inuiolatam retinere atq; conseruare,
 dicito seueram sententiam aduersus hos con-
 temtores regij edicti, vt & in præsens scelera-
 tos ciues timore à contemptu legum deterreas,
 & in posterum documentum statuas, ne quis
 talem amentiam velit imitari. Nam magistra
 pudoris & modestiæ est seueritas: & pœna
 delinquentium spectatoribus vtiles sunt, qui
 redduntur meliores exemplo. Hoc veneno
 accensus rex, flammam irarum aduersus soci-
 os Danielis concipit, & fit furenter crudelis.
 Iubet enim ad se adduci Ananiam, Azariam,
 & Misaiëlem, & terribili oratione eos com-
 pellat: Aut vos repriment valida legum ha-
 bene,

bene, atq; imperij insistent iugo, aut flammæ
 docebunt quantum momenti sit in regijs edi-
 ctis. Huic iracundiæ, quæ in imperij fastigio
 fulmen esse dicitur, blasphemiam addidit, in-
 quiens: Quis est Deus, qui possit vos eripere
 de manu mea? Hanc blasphemiam vocem mo-
 deste & grauiter refutarunt pietatis athlete:
 Non oportet nos de hac re respondere tibi,
 nec debes audire verba, quorum iam rebusip-
 sis probabis fortitudinem atque constantiam.
 Deus enim noster quem colimus, potest nos,
 ô Rex, è manibus tuis, & ex medijs flammis
 eripere. Quod si noluerit nos liberare, notum
 sit tibi rex, quod deos tuos non colimus, &
 statuam quam erexisti, non adoramus. Non
 enim obedientiam Deo prestamus presentium
 vtilitatum causa, nec salutem corporum pie-
 tate emimus, nec quoquo modo viuere cupi-
 mus, sed amplectimur voluntatem Dei, & in
 ea suauiter acquiescimus. Quod si nos ex peri-
 culis liberat, grata mente beneficium celebra-
 mus. Sin autem permittit suo quodam consi-
 lio nos mergi in calamitates, nihilominus ei
 preces cultusq; adhibemus. Neq; verò dubium
 est, quin possit nos in medijs flammis tueri,
 defendere, custodire, incolumesq; seruare.
 An autem hoc facere velit, ignoramus. Nam
 consilia Dei omnia in gubernatione Ecclesiæ
 & pio-

& piorum singulorum, exhauriri non possunt. Quare si tibi certum deliberatumq; est, nos abycere in flammis, veremur quidem te rex, & si ita vis etiam timemus: sed plus & veremur & timemus Deum immortalem, qui dissimilis est statuae, quæ oculos quidem & aures habet arte fabrefactas, sed nec videre, nec audire potest. Hac Apologia audita, rex de sua mente & sanitate deturbatus, tres viros in flammis coniici iussit.

Etsi autem ignis ferreos compedes, quibus membra sanctorum implicata erant, soluit: tamen ipsis pepercit, eosdemq; attingere erubuit, & quacunq; ferebant illi vestigia cessit, cumq; idolorum cultores consumeret, ministros Dei inuiolatos conseruauit. O rem nouam, inauditam, inusitatam. Nam tres viri in medijs flammis versantes, & carbonibus vestigia imprimentes, nullam vim ignis experti sunt. Qui verò tanquam ~~administri alienæ crudelitatis~~ extra flammis stabant, & his materiam supeditabant, magnitudine incendiij absumti sunt. Et hi quidem vstulati, flebiliter suam calamitatem deplorabant. Tres autem viri inter flammis Deum laudabant, & omnibus creaturis hortatores erant, vt hunc Dominum, qui est beneficus, generiq; hominum amicus, celebrarent. Huius miraculi tanta fuit efficacia, vt

cia, ut ipse rex scuiens paulò ante in pios, atque iratumens, ad eos recto cursu contendere, qui adorationem statuæ recusauerant, & omnibus subditis veri Dei inuocationem mandaret.

Quanquam autem multa sunt, quæ piamentem in consideratione huius historiae delectare possunt: tamen hæc mira res est, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed piorum iudicio expenditur: quod ~~conspicitur~~ ~~est~~ ~~filii~~ ~~Dei~~ ~~inter~~ ~~tres~~ ~~viros~~. Ita enim rex Babylonius inquit: Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & forma quarti est similis filio Dei. De hac presentia filij Dei in arumnis piorum, necesse est Ecclesiam fideliter erudiri, ut agnoscamus hunc Dominum semper adesse Ecclesie, & esse caput, omnia in omnibus perficiens.

Illud etiam cogitet pia mens, quo consilio Deus voluerit gloriosam Catastrophen huius certaminis tribus viris ignotam esse. Si enim præsciuisent exitum, nequaquam tanta admiratione digni essent, propter obedientiam quæ præstiterunt. Quid enim admirationis habet fortitudo in arumnis certa salutis spe proposita? Deo quidem in tali casu iure ac merito tribuenda esset laus infinitæ potentie, qua potest

test

test ex medijs flammis, quos vult eripere : Ip-
 si verò non magna laude ornandi essent, qui
 sine metu naufragij inter scopulos Cyaneos
 nauigassent. Quare vt virtus ipsorum conspe-
 ctior esset, solus Deus tanquam gubernator in
 specula sedens, optatum & salutarem portum
 nauigationis prospexit, eaq; in re non modo
 suæ sapientiæ & bonitatis specimen illustre
 ostendit, sed etiam trium virorum decus in
 immensum auxit.

Satis mihi multa verba fecisse videor, de
 clementia & moderatione Nabogdonosor in
 victoria, quæ natura insolens & superba est,
 de priore somnio eiusdem regis, & de impij
 decreti correctione. Restat vt de altero somnio
 huius Monarchæ, & de superbia & pœna,
 deq; miranda restitutione in regnum, dicen-
 dum esse videatur.

Habuit enim Nabogdonosor alterum som-
 nium de arbore amplissima et pulcherr. cuius
 fructibus omnes bestia partim immanes, par-
 tim cicures pascuntur, et in cuius vmbra tan-
 quam in tutela & presidio omnia, quibus na-
 tura sensum dedit, latent. Hanc arborem ra-
 mis & fructibus spoliatam atq; orbatam, vidit
 prosterni, sic tamen vt radici parceretur, &
 compedibus constrictam, & rore cœlesti per-
 fusam, inter bestias tantisper sine mente va-
 gari,

C

gari,

gari, donec agnosceret arrogantiam, & se emendaret. Hoc somnium Daniel interpretatus est de tristissima castigatione regis, & de mitigatione poenae, deq; causa finali tragicarum calamitatum. Ac ne regi inter tanta mala consolatio deesset, concionem poenitentiae ei proposuit, cuius prior pars praecipit conuersionem & beneficentiam in gubernatione. Altera pars est absolutio seu promissio remissionis peccatorum, quam oportet fide accipi. Peccata, inquit, tua remoue iusticia, & iniquitates tuas beneficijs erga pauperes, & erit sanatio delictorum tuorum.

Sed Nabogdonosor velut ebrius magnitudine rerum gestarum, et elatus successibus, admiratur & magnificat suam virtutem & potentiam, & se his vocibus oblectat: Ego sum ille gloriosus & inuictus rex, cuius labore in negocijs, fortitudine in periculis, industria in agendo, celeritate in consiciendo, consilio in prouidendo, tantum imperium partum et constitutum est. Quae est enim ora, quae sedes, qui locus, in quo non extant meae cum fortitudinis tum verò animi impressa vestigia? Quae porro gens est, quae nō aut armis meis ita subacta sit, vt vix extet, aut ita domita, vt quiescat, aut ita pacata, vt victoria mea imperioq; letetur. Ego sane perfecit, vt Babylon sit lux orbis terrarum,

rarum, ara sociorum, arx atq; portus omnium gentium. Hoc deniq; non dubitans confirmo, aliorum regum res gestas cum meis nec contentionum magnitudine, nec numero praeliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorū posse conferri.

Hunc igitur Monarcham exultantem & præfidentem sibi, subito Deus ex altissimo amplissimoq; gradu dignitatis deturbat, & præcipitat in acerbissimas calamitates, in quibus non solum regnum & autoritatem, sed mentem etiam amisit, & Deo pœnas superbia, quæ grauissimæ sunt, furore atq; insania persoluit. Ut enim Ajax Telamonius ideo punitus est furore, quia patri bene monenti arrogantissimè respondit: Maiores sum, quam cui possit fortuna nocere, Timidis & ignavis opus est auxilio Dei, Ego verò vel sine Deo adiutore hostes vincere possum: Ita Nabogdonosor propter similem arrogantiam mente captus, inter bestias discurret. Huius furoris mentionem facit Alphaus, de rebus Assyriorum scribens: Megasthenes, inquit, vir priscus, Nabogdonosorem Hercule robustiorem fuisse dicit, vniuersamq; Libyam, Asiamq;, vsque ad Armenios subegisse, quem Chaldæi dicunt, cum in regnum redisset, furore diuinitus captum, magna voce exclamasse: O Babylonij futuram

futuram vobis calamitatem pronuncio, quam neq; Belus, nec vlla vis deorum auertet, Veniet Persa mulus, qui vobis afferet seruitutem. Hac Alphæus.

Quod exemplum commemorari potest illustrius regule, Deus superbis resistit? Nulla est enim tanta potentia, tam florens gloria & opibus, quam non facile possit Deus euertere, vt historia omnium temporum ostendunt. Sed meminerimus exemplum Nabogonosor, qui duriter castigatus, ad Deum conuertitur, & mirando modo restitutus in regnum, agnoscit se prius tutum fuisse, nec sua virtute, nec amicorum fide, nec etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, sed Deo seruante, protegente & gubernante.

In hoc igitur exemplum intuentes, sic cogitemus: Cum Deus non pepercerit tanto Monarchæ, quem antea pretulit omnibus regibus, & quem incendit singulari impetu ad faciendam imperij translationem: quanto minus parceret alijs hominibus, qui habent similia delicta. Cum autem receperit contaminatum tam horrendis sceleribus, vt magnitudo non cogitari satis possit, confugiamus nos quoq; ad Mediatorem Dominum nostrum Iesum Christum, & huius meritum atque obedientiam, omnibus omnium hominum peccatis anteferamus.

Etsi

Etsi autem Alphaus & Alexander Polyhistor, de successoribus Nabogdonosoris paulò aliter scribunt, quàm Prophetæ: tamen honestius est, si ita loqui fas est, his ducibus errare, quàm illis magistris erudiri. Assentiamur ergo Ieremiæ prophetæ, qui capite vigesimo septimo duos tantum successores Nabogdonosoris recenset, inquit: Seruient Nabogdonosori omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius. Et capite ultimo filium Nabogdonosoris nominat Euilmerodach, qui Ieconiam regem, quem pater hætenus captiuum tenuerat, emisit è custodia, & leuatum vinculis, habuit inter primores aulae.

Consentaneum est autem & hunc amplexum esse doctrinam Danielis de vero Deo, quam & pater publico edicto professus est, eamq; ob causam clementiam exercuisse erga regem Ieconiam: Et fortassis ideo principes impij nominarunt eum stultum Merodach. Seruauit igitur Deus etiam in exilio regiam posteritatem, & populum magnis miraculis ornauit, quibus & quatuor Monarchæ ad agnitionem veri Dei conuersi sunt, Nabogdonosor & filius eius Euilmerodach, Darius Medus, & Cyrus Persa.

Tertius à Nabogdonosor, quem nominat Herodotus in libro primo Labynitum, & Da-

niel Balthasarum, à pietate paterna auitaq;
degeneravit. Narrat enim Xenophon in libro
septimo ~~audias~~, apud Cyrum fuisse prin-
cipem ex regno Babylonico Gobryam, cuius
filium in venatione rex Balihassar iniuste oc-
ciderat. Scribit etiam, obsessa Babylone à Me-
dis & Persis sequentibus ductum & auspicia
Darij & Cyri, hunc tyrannum magna secu-
ritate agitasse conuiuium, quasi testimonium
de historia Danielis dicat. Etenim descriptio
captæ Babylonis apud Xenophontem aptè con-
gruit ad Danielis verba. Sed longè atrocius
scelus est, quod restituit idolorum cultum, &
vero Deo populi Israël palàm in conuiuio ma-
ledixit.

Cum enim vasa templi in hostium potesta-
tem venissent, Nabogdonosor hæc spolia, tan-
quam res Deo dedicatas, à prophanis vsibus
segregavit, et in deorum suorum templis repo-
suit. At nepos eius Balihassar, oblitus auitæ
castigationis, nec considerans, quantas ille
pœnas superbiæ persoluisset: cum quidem vasa
templi in honore habuisset, hæc ipsa semel
Deo consecrata, in conuiuium afferri iubet,
nec solus ex eis bibit, sed etiam reliquis conui-
uis porrigit, nunquam prophanis manibus con-
tractata. Hoc sacrilegium coniunctum cum
petulantia, qua odium aduersus verum Deum
decla-

declaravit, mox poena secuta est. Nam manus scribentis in pariete tria verba, fuit mentrix & concionatrix de iudicio Dei. Ac tyrannus quidem vehementer animo angebatur, cum nec legere literas, nec vim earum cognoscere posset. Regina verò, quam alij matrem, alij auam Balthasari fuisse scribunt, Daniele accersebat, qui auo sape in simili consternatione salutare consilium dederat. Is igitur non modo legit tria verba, sed etiam in hanc sententiam interpretatus est: Circumactis periodis regnorum deficere auctoritatem, & mox sequi discordias, quae sunt exitiosae imperijs, simul exponens poena causam: Nos, inquit, poenas peccatorum persoluentes, iure belli capti sumus, & haec vasa à nobis quondam consecrata, Deus hosti victori tradidit, ut testaretur, se non indigere sacrificijs et donis, sed ea tantisper sibi accepta esse, donec pietatem religiose coleremus. Postquam verò amplexi sumus idolorum cultum, res à nobis oblatas reiecit ac repudiauit. Ac tuus quidem auus tanta moderatione in victoria usus est, ut vasa, de quibus dixi, à prophanis vsibus segregata, suis dijs consecraret. Tu verò aui exemplum deserens, in superbia profundissimum barathrum incidisti, et sacra pocula prophanaisti. Quamobrem horum Dominus te docebit,

C 4

qualem

qualem exitum habeat superbia, non quod rerum inanimatarum cura magnopere afficiatur, sed quia hominum rationem habet, quos tua poena de modestia commonefaciet. Hæc cum Daniel dixisset, sic punitæ sunt tyranni blasphemia, vt capta Babylone à Cyro, & ipso interfecto, Monarchia translata sit ad Persas.

Quod autem vincente Cyro, solus Darius, quem Iosephus inquit esse Cyaxarem filium Astyagis, in regno successisse scribitur, id propter ordinem ætatis & propinquitatis factum est. Darius enim sexaginta duorum annorum erat, & auunculus Cyri. Quare cum prior esset iure naturæ, merito successor regni debuit numerari, vt ait Hieronymus enarrans Danielem. Apud hunc Darium Daniel fuit gratiosissimus, & sapientiæ nomine in maximo precio habitus. Ita enim Iosephus scribit libro decimo τῆς ἀρχαιολογίας, capite duodecimo: Darius, qui Babyloniorum destruxit imperium, iuuante se & pariter dimicante Cyro propinquo suo, annum vitæ agebat sexagesimum secundum, quando cepit Babylonem, tulitq; secum Danielem prophetam, & adduxit in Mediam, & vnum fecit è tribus principibus, qui vniuerso regno eius præerant. Et Hieronymus vsque ad primum, inquit, annum Cyri
regis,

regis, qui Chaldaeorum destruxit imperium,
Daniel potens fuit in Chaldaea, postea verò à
Dario in Medos translatus est. Sed verissimè
dictum est à Græco poëta Apollodoro:

Fortuna magna non caret formidine,
Nec splendor eminens vacat periculo:
Et quicquid altum est, haud tutum diu
manet,

Vt quod ruat vel inuidia, vel tempore.

Cum enim Satrapæ propter inertiam suam,
eundem dignitatis gradum, in quo Daniel col-
locatus erat, assequi non possent, gloria Da-
nielis vrebantur, & omnia in eius perniciem
parabant atq; meditabantur. Nulla enim in-
genia tam prona ad inuidiam sunt, quàm eo-
rum, qui genus ac fortunam suam animis non
æquant, quia virtutem & bonum alienum
oderunt. Et quoniam in hanc commemora-
tionem de inuidia, quæ media non tangit, sed
tanquam ignis summa petit, ingressus sum: re-
petam insignem & memorabilem sententiam,
quæ apud Polybium extat: Præclara facta, &
res cum laude gesta, magnam plerunque in-
uidiam & graues calumnias concitare solent,
quibus ciues quidem septi præsidij cognato-
rum & affinium facile resistunt: peregrini ve-
rò nudi à propinquis, & nulla cognatione
muniti, vtriusque mali tempestate facile ob-

polybins.

τυυυυυ. αὶ ὅτι φανεῖς καὶ παράδοξοι πράξεις,
 βαρεῖς μὲν τὰς φθόγους, ὀξείας δὲ τὰς διαβολὰς ἔ-
 νῶσιν· αὖ οἱ μὲν ἐγγχώριοι διάτε τὰς συγγενείας
 καὶ τὸ πρὸ φίλων πλῆθος οἷοίτ' ἀναφέρειν, οἱ δὲ
 ξένοι ταχέως ἐφ' ἐκατέρων τούτων ἠπῶνται.
 Huius grauiſſimæ ſententiæ exemplum maximè
 in Daniele conſpicitur. Is enim cum eſſet ex-
 ul, & omnium gentium atq; omnis memoriæ
 clariffimum lumen, omnibus telis inuidiæ pro-
 poſitus fuit: & tanquam ouicula inter multa
 luporum agmina verſatus eſt, nec deſenſorem
 habuit certum, niſi filium Dei, qui ſolus eſt
 fidelis, & firmus amicus.

Cum autem inuidi Satrapæ nullam notam
 infidelitatis aut iniuſticiæ in gubernatione Da-
 nieli inurere ad ignominiam ſempiternam poſ-
 ſent: inſidias aſtutiſſimè cogitatas doctrine,
 quam Daniel profitebatur de vera agnitione
 & inuocatione Dei, collocarunt. Impulerunt
 enim Darium regem ſapientem & iuſtum, vt
 veram inuocationem Dei prohiberet, & huius
 prohibitionis prætextu Danielem leonibus ob-
 iiceret. Libet mihi hoc loco cum Hieronymo
 exclamare: O felicem conuerſationem, in
 qua inimici nullam reperiunt occaſionem, niſi
 fortè in lege Dei.

ET SI autem quæri poteſt, quæ cauſa
 Darium permouerit, vt legem impiam pro-
 mulga-

mulgaret : tamen consentaneum est , caussam
 huius edicti fuisse emulationem aduersus Cy-
 rum. Est enim acer & vehemens affectus emu-
 latio , nec facile est amulo parcere aut cedere ,
 vt historia Themistoclis & Aristida , Periclis &
 Cimonis , Sylla & Marij , Caesaris & Pompeij ,
 ostendunt. Sed nunc contenti simus exemplo
 Darij , qui incensus emulatione , de qua Xeno-
 phon scribit libro quinto *καταδεικας* , Cyrum
 natu minorem premebat , quia videbat eum
 propter heroicam sapientiam , virtutem & fe-
 licitatem , magnifieri. Cyrus verò , etsi pluri-
 mum laboris sustinet , tamen dissimulat iniu-
 rias , & dolorem suum nemini impertit , ac
 morigerum se Dario prabet , non suggillat
 eum , sed vera animi reuerentia tanquam do-
 minum colit , & iubet eum ab alijs honore af-
 fici. Propter hanc moderationem , qua Dari-
 um ornat , & hac siue incommoda , siue vicia ,
 siue iniurias eleganter tolerat , plus vere lau-
 dis habet , quam propter vllas quamuis glorio-
 sas victorias. Nam dolorem atque inimicitias
 priuatas Reipublicae concedere , magni cuius-
 dam hominis & persapientis videtur. Sed
 quid plura de caussa edicti disputo , cum nulla
 aula tam felix sit , in qua non plurima *καταδεικ-
 αματα* , quae à Demosthene dicuntur *καταδεικ-
 αματα* , accidant. Qua-
 re cum

re cum suspicionum & calumniarum multitudinem refutare veritas non posset, Daniel leonibus obiectus est, & his fulgore pietatis & diuinae imaginis clarissimo splendore pauorem incussit. Cum enim viderent in imagine expressam similitudinem archetypi, subiectionem suam, deposita ad tempus immanitate, declararunt: existimantes se videre Adam illum, qui ante lapsum singulis animantibus nomina imposuerat. Est igitur hic vates ex plurimis periculis & insidijs, atque ex media morte, non ad vitam suam, sed ad gloriam Dei, & ad salutem Ecclesiae reseruatus. Multos enim Danielem liberatio confirmavit, vt certo statuerent, quod Deus inuocantibus ipsum assit, & opem ferat. Rex verò quanquam aliqua culpa tenetur erroris & infirmitatis humanae: tamen multis certissimis argumentis atq; indicijs declarat, se à scelere liberatum esse.

1. Primum enim in magno luctu fuit, & Sarrapas non rogauit solum, verumetiam obsecrauit, ne optimo viro lucem qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, eriperent. Deinde annulo suo & annulis principum lacum leonum obsignauit, ne qua vis afferretur Danieli.
3. Præterea nec cibum sumpsit, nec dedit membra sopori, Corpora ceu prodest senio confecta foueri. Maxime verò cordis affectum lachrymis

chrymis indicat, & oblitus regia dignitatis victor ad captiuum, dominus currit ad seruum. Postremò, vt alia signa omittam, & seueritate animaduersionis in aulicos sycophantas, & promulgatione edicti de cultu veri Dei, euidentissimè ostendit, se non fuisse inimicum voluntarium Danielis. Vtinam verò Darij exemplum multi principes huius ætatis imitarentur, & impia edicta corrigerent, non atramento, sed sanguine scripta. Illustrior enim ipso lapsu est resipiscentia, siue vt Dionysius Alexandrinus ad Nouatum scribit: *μείζον ἔσται τὸ σφάλματος τὸ κατόρθωμα.*

Dario mortuo successit Cyrus rex felix & fortis, qui commotus vaticinio Esaia, qui ducentis & decem annis ante ipsum, de regno eius nominatim prædixerat, edictum proposuit, vt Iudæi in patriam redirent, urbem templumq; instaurarent, redditis templi vasis, quæ Nabogdonosor ante annos septuaginta in Babyloniam aduexerat. Hic cum iam pacato Oriente, non solùm gloria floreret, sed etiam doctrinam veram de Deo amplexus esset, bellum mouit non necessarium aduersus Scythas, quo in bello acie victus & captus est, & corpus interfecti muliebribus contumelijs affectum est. Cum autem optandum sit, omnibus notissimos esse libros Herodoti & Xenophontis,

phontis, non inseram eorum narrationes de Cyro huic breui commemorationi, qua cognita, facilior est mihi aditus ad alteram partem de somnijs & visionibus Prophetis Danielis. Distribuam enim vaticinia huius Prophetæ de maximis rebus in tempora Regum, de quibus hæctenus dictum est. Ea dum breuiter percurro, quaeso oroq; vos, vt adhuc fecistis, me attentè audiatis.

A N N O igitur primo Balthasari, qui regnavit annos quatuordecim, oblatum est Danieli illustre somnium de serie quatuor Monarchiarum, quam Deus voluit Ecclesie notam esse, vt sciret tempus vtriusque aduentus Filij. Prædicat enim Filium in quarta Monarchia venturum esse, & sacrificium facturum, ad quod mittendus erat: & deinde finem fore generationis hominum, & secuturam esse resurrectionem mortuorum. Cum autem videamus hunc fuisse Monarchiarum ordinem & successionem, sicut à Daniele prædicta est: non dubitemus secuturum esse iudicium, in quo filius Dei præmia & pœnas distribuet, & adducet Ecclesiam letam & triumphantem ad æternum patrem, vt Deus sit omnia in omnibus beatis.

Est etiam hæc prædictio Danielis firmissimum testimonium de providentia contra Epicureos.

turebs. Si enim incerto fluerent mortalia casu, non posset prædici certa series regnorum, nec euentus vaticinijs exactè responderent. Quid, quod hæc congruentia prædictionum & euentuum pios confirmat de certitudine doctrinae propheticae? Cum enim euentus, quia à nulla creatura prospici possunt, respondeant vaticinijs Danielis: non dubium est Danielem fuisse Prophetam à Deo missum, & doctrinam quam professus est, cœlestem & diuinam esse. Præclare ergo Tertullianus in Apologético inquit: Idoneum, opinor, testimonium diuinitatis, veritatem diuinationis. Hinc apud nos futurorum quoque fides tuta est, iam scilicet probatorum, quia cum illis, quæ quotidie probantur, prædicebantur. Eadem voces sonant, eadem litera notant, idem spiritus pulsant. Et Augustinus epistola tertia: Hæc omnia sicut leguntur prædicta, ita cernuntur impleta: atque ex his iam tot & tantis quæ restant, expectantur implenda.

Non dicam hoc loco de regno Mahometico, quod est funestum & fatale monstrum ex blasphemijs, ex nefarijs libidinibus, ex cruore sanctorum, ex omnium scelerum importunitate, & flagiciorum impunitate concretum. Apparet enim Danielem de Mahometico regno loqui, cum prædicit quarta Monarchiæ

distr-

distraktionem, & ait tale regnum venturum esse, cuius vultus sit plenus furoris, oculi scele-
ris, sermo arrogantiæ, hoc est, quod nouam &
contumeliosam doctrinam contra Deum pro-
pagaturum sit, & bella gesturum aduersus
sanctos. Nam hæc magis ad enarrationem in-
tegram Danielis, quàm ad hanc breuitatem,
cui nunc studemus, pertinent.

Cæterum, Anno tertio regni Balthasari,
monstrata est Danieli, non quidem dormien-
ri, sed vigilanti, imago arietis & hirci, quæ
translationem Monarchiæ à Persis ad Græcos
significat. Scribit autem Iosephus lib. 11. τῶν
ἀρχαιολογίας, cap. vltimo, Sacerdotes Iudai-
cos narraſſe Alexandro hanc Danielis prædi-
ctionem, qui ante annos ducentos vaticinatus
fuerat, regem Græcorum potiturum esse im-
perio Persico. Idem lib. 10. locum, in quo à
Daniele hæc imago conspecta est, notat & de-
signat, inquiens: Daniel in Susis turrim ex-
truxit excelsam, & quadro edificatam mar-
more, tantæq; magnitudinis & pulchritudi-
nis, vt vsq; in præſens videatur esse noua, in
eaq; regum Persarum atq; Medorum condun-
tur reliquiæ, & custos siue edituus ac sacerdos
eiusdem loci Iudæus est. Hactenus Iosephus,
interprete Hieronymo.

Vt autem in somnio prophetico Danielis,
Alexan-

cap. 14.

Alexander comparatur Pardo, ita in hac visione confertur birco. Nam Pardus non capitur ab armatis venatoribus, quorum tela sua celeritate eludit, sed sopitus vino & Venere: Sic Alexander, cum in tot praeliis inuictus fuisset, & res ipsius gesta ysdem, quibus Solis cursus, regionibus ac terminis continerentur, immodico vino extinctus est.

Ascribam versiculos D. praeceptoris Philippi, quibus haec imago Alexandri expressa est.
 Aspice Pelleum Pardum, quo pulcrior alter
 Non fuit in pulcro quæ vicerat orbe, nec vnquã
 Res similes gessit quisquam breuioribus annis.
 Confectos ætate senes, belliq; labore,
 Consilijs vicit cunctos in flore iuuenta.
 Ergo illi nocuere nihil, nec tela, nec hostes,
 Sed foeda ebrietas & desidiosa voluptas.
 Qui sapias, inuictaq; decus seruare laboras
 Virtutis, semper fuge desidis otia vitæ,
 Ac memor esto Deum, cum sit castissimus idem,
 Plectere pollutos, & tandem extollere castos.

Intertextitur autem huic visioni vaticinium de Antiocho Epiphane, cuius tanta fuit petulantia, vt pro Epiphane dictus sit Epimanes, id est, furiosus. Interdum enim in conuiuia gestatus est, sicut Pacuuius, de quo Seneca in lib. 1. Epistolarum scribit: Pacuuius qui Syriam vsu suam fecit, cum vino & illis funereis

D

epulis

epulis se sepelisset, quasi sibi parentauerit, sic in cubiculum ferebatur à cœna, ut hoc ad symphoniam caneretur, ~~Belione, Belione~~. Talis fuit, qui Deo bellum intulit, et delere Ecclesiam conatus est. Disertè autem dicitur, hunc tyrannum vastaturum esse Iudeam, & profanaturum templum duobus millibus dierum & trecentis, id est, sex annis & sex mensibus. Suntq; tot anni à tertio anno Antiochi, vsque ad octauum Antiochi, quo anno Macabeus templum recuperauit. Quis igitur potest esse tam auersus à vero, tam præceps, tam mente captus, qui cum videat annorum numerum congruere ad prædictionem Danielis, neget tamen hæc omnia que videmus, præcipueq; Ecclesiam Dei immortalis nutu atq; potestate administrari? Non est enim humani consilij tantarum rerum & præuisio & gubernatio.

ET SI autem omnes partes atque omnia membra scripti Danielis vberissimam doctrinam continent: tamen caput nonum in libro Danielis sic eminent, ut inter stellas Hesperus. Initio enim recitat precationem plenam ardentissimorum affectuum, in qua Daniel verum Deum certis testimonijs patefactum alloquitur, & hunc Deum letus inuocat fiducia Domini nostri Iesu Christi. Nos, inquit, omnipotens, aterne, viue & vere Deus, confitemur tibi

nos

nos miseros peccatores esse, & dolemus, quod offendimus te, & coram te prostrati precibus & lacrymis petimus, non tam nostræ iusticiæ, quæ nulla aut exigua est, fidentes, quàm tuæ misericordiæ, vt remittas nobis omnia peccata nostra, & mitiges pœnas publicas & priuatas, propter Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, & propter tuam gloriam, vt te in tota æternitate celebremus, & tibi gratias agamus. Hæc precatio complectitur doctrinam pœnitentiæ, taxat exultantes fiducia propriæ iusticiæ, & monstrat iusticiam fidei. Disertè enim inquit: Exaudi nos propter Dominum, id est, propter Filium tuum, quem mirando & inenarrabili consilio voluisti pro nobis esse victimam, mediatorem & deprecatores. Deinde traditur in hoc capite illustre testimonium de tempore aduentus Christi, de morte Christi, de beneficijs noui testamenti, de excidio & perpetua vastitate politiæ Iudaicæ. Ac valde prodest hanc concionem omnibus hominibus notissimam esse, quia consonantia vaticiniorum & euentuum, qui in historijs recitantur, vehementer pios confirmat, & refutat Iudæos vociferantes, nondum venisse Messiam. Sæpè igitur legitur caput nonum Danielis, in quo enarrando summa ingenia elaborarunt, vt verbi causa,

*Africanus in quinto temporum volumine, Eusebius in octavo demonstrationis Evangelicæ, Hippolytus, Apollinarius Laodicenus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Tertullianus in libro contra Iudæos, quorum explicationes Hieronymus prolixè recenset in commentarijs in Danielelem. Longum est persequi cæteros, qui hoc tempore præclaram operam navarunt in computatione hebdomadum Danielis, quarum initium rectissimè sumitur à secundo anno Longimani, quo rursus concessum est, ut beneficium Cyri renouaretur, & ædificatio templi absolueretur. Nam toto tempore Camby-
sis & Darij impedita est, ut testatur historia in libro Esdræ. Sed multa prætereo, eaq; præclara. Ad extremam enim visionem, quæ Danieli anno tertio Cyri, exhibita est, festinat oratio. Ea verò est vaticinium de regno Persico, de regno Alexandri Magni, & successorum eius, & de bellis regum Aegypti & Syriæ, quibus Iudæa interiecta inter hæc regna, duriter quassata est, ut dicitur: Aliquid mali, propter vicinum malum. Hæc visio continet exempla pœnarum, calamitatum, liberationum, & multarum rerum in Ecclesia. Hic enim videmus, eam mirabili consilio Dei in imperijs duriter quassari, & tamen servari diuinitus, sed non eo modo, quem mentes humane cogitant.*

CY

CYRVS anno primo post captam Babylonem edidit decretum, quo concessit Iudæis reditum in patriam, & dedit mandata de instauratione templi, & attribuit redditus. Inchoata est igitur adificatio templi anno secundo Cyri, & bona spes erat, iam regnante pio principe Cyro, futurum, ut cito restituere-
tur templum & ciuitas, & populus fruere-
tur tranquillitate. Sed ecce, ut fit, noua procella Ecclesiam obruunt. Cyrus, cuius beneficen-
tia erga Ecclesiam reliquis virtutibus meritò antepositur, procul ex regno discedit, bellum gerens cum Scythis, & paulò post interficitur. Interea domi filius Cambyfes impius regnum gubernat, qui iterum prohibet adificationem et reditū. Ita Ecclesia instauratione impeditur, & diuina liberationes non procedunt humanis consilijs. Cambyse mortuo, noua bella in ipso regno Babylonico orta sunt. Nam Darius filius Hystaspis, Magos interfecit, & Babylonem recuperauit.

Huic successit Longimanus, qui renouauit edictum Cyri, & iussit perfici adificationem Ierosolymæ & templi. Ac anno sexto Longimani, templi adificatio absoluta est. Ab hoc Longimano vsq; ad tempora Ochis, Ecclesia populi Iudaici mediocrem tranquillitatem, & quasi haleyonia habuit. Nam Ochus, cuius gu-

bernatio plena fuit crudelitatis, multa oppida
 Iudææ deleuit, & multas familias procul tran-
 stulit in Hyrcaniam, ad mare Caspium. Rur-
 sus igitur Ecclesiam exercuerunt magnæ cala-
 mitates, vsq; ad Alexandrum, qui veniens Ie-
 rosolymā, restituit Iudæis αὐτονομίαν & pacem.
 Anno autem 145. post mortem Alexandri,
 regnante in Syria Antiocho Epiphane, cuius
 teterrima crudelitate omnis barbaria superata
 est, malorum Ilias Ecclesiam oppressit. Fuit
 enim eo tempore tanta calamitas populi Iu-
 daici, quanta nulla fuit antea, vt & verba
 Danielis predicunt. Sed integra historia de
 immanitate & interitu huius tyranni, & de
 Ecclesiæ defensione plena mirabilium operum,
 & testimoniorum præsentia Dei, legatur in li-
 bris Maccabeorum, & apud Iosephum. Nam
 profectò gubernatio Ecclesiæ propriè Dei est,
 & filius Dei belligeratur cum Diabolo, vt
 Daniel in fine sui libri inquit: Illo tempore sta-
 bit Micaël dux magnus pro filijs populi sui,
 Nec potest humana sapientia prospicere mu-
 tationes rerum, politiarum, principum, &
 munire Ecclesiam humanis præsijs. Ideo fi-
 des nostra Deum intueatur, & mandati officij
 munera fideliter exequatur, & exitus Deo
 commendat, sicut Psalmus inquit: Commenda
 Domino viam tuam, et ora eum, et ipse faciet.

S E D

S E D iam satis multa de vaticinijs Danie-
 lis, quæ nunquam exhauriri possunt. Quid igitur
 restat, nisi vt pro mea diligentia florem iu-
 uentutis moneam: pro autoritate, quam mihi
 officij ratio circundat, hortor: pro magnitu-
 dine rerum obtester, vt Danielem miretur &
 magnificiat, quem Deus ipse amplissimo te-
 stimonio ornauit, quem angeli suspiciunt, quæ
 omnes homines summi, mediij, infimi, qui
 non modo habent aliquid sapientiæ, verumet-
 iam sanitatis, admiratione dignum esse iudi-
 carunt. Ac vt à diuino iudicio ordiar, quis
 vestrum non legit præconium de sapientia
 Danielis, quod recitatur capite 28. Ezechie-
 lis, vbi Deus ipse principem Tyri his verbis
 compellat: An tu sapientior es Daniele, &
 nullum mysterium tibi ignotum est? Cum au-
 tem maior laus sit iusticiæ, quàm sapientiæ,
 audiamus etiam quid idem præco de iusticia
 Danielis dicat. Sic enim Ezechielis 14. scri-
 bitur: Si fuerint tres viri isti in medio eius,
 Noha, Daniel, & Iob, ipsi iusticia sua libe-
 rabunt animas suas. Quæ laus vnquam Dei
 ipsius voce tributa est homini maior? Quæ
 gloriosior? Quæ commendatior hominum me-
 moriæ sempiternæ? Angeli verò Danielem ali-
 quoties appellant virum desiderabilem, hoc
 est, vt Hieronymus interpretatur, virum ama-

bilem, & Dei amore dignum, qui Dei secreta audire, & esse conscius futurorum mereretur. Quantis porro honoribus à summis Monarchis affectus sit, ostendunt hæ voces Nabodonosoris: Daniel, in quo est spiritus Deorum sanctorum, Et regina: est vir in regno tuo, qui spiritum Deorum sanctorum habet, & omnibus hominibus sapientia antecellit. Has laudes cumulat Iosephus, qui libro 10. capite ultimo inquit: Danieli vtrunque Dei concessu & munere datum esse, vt & faceret scribenda, & scriberet legenda. Verba Iosephi sunt: ἅπαντα αὐτῷ παραδόξως ὡς ἐνί τινι τῶν μεγίστων εὐτυχίῃ προφητῶν, καὶ παρὰ τὴν ζωῆς χρόνον τιμὴν τε καὶ δόξαν παρὰ τῶν βασιλέων καὶ τῶν πλήθους, καὶ τελευτήσας ὅ, μνήμῃ αἰώνιον ἔχει. τὰ γὰρ βιβλία ὅσα δὴ συγγραφέα μὲν καὶ ἀλελοιπῶς ἀναγινώσκονται παρ' ἡμῶν ἔτι καὶ νῦν, καὶ πεπιστεύκαμεν ἐξ αὐτῶν, ὅτι δανιήλος ὠμίλει τῷ θεῷ. οὐ γὰρ τὰ μέλλοντα μόνον προφητεύων διετέλει, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι προφῆται, ἀλλὰ καὶ κερὸν ὤριζεν, εἰς ὃν ταῦτα ἀποβήσεται. ὥστε ἀναγινώσκοντες ταῦτα πάντα, καὶ τὰ συμβάντα σκοπούμενοι θαυμάζουσιν ὅτι τῆ παρὰ θεοῦ τιμῇ τὸ δανιήλον. *Omnia huic viro contigerunt, quæ in summo & beatissimo Propheta eminent. Nam & hunc vite fructum cepit, vt à maximis regibus, & à promiscua multitudine in*

precio

precio haberetur, & post mortem gloriam immortalitatis memoria consecutus est. Etenim scripta, quae posteritati reliquit, quotidie à nobis leguntur, ex quibus apparet, quanta gratia apud Deum valuerit, quantaq; luce & sapientia diuinitus ornatus fuerit. Non enim futura tantum praedicit, vt ceteri Prophetae, sed pene ipsum articulum futurorum euentuum constituit. Itaq; haec legentes, & euentuum certitudinem considerantes, tribuunt Danieli praestantiam propter dona diuina.

C V M igitur Daniel & Deo placuerit, sancta dicendo & sancta faciendo, & probatus sit omnibus hominibus recte iudicantibus: & Christus ipse apud Mattheum nos ad lectionem scripti Danielis hortetur: cumq; ipsa senecta Ecclesia, in qua nos viuimus, doctrina & consolatione huius Prophetae maximè egeat, Vos iuniores hortor, vt librum Danielis saepe multumq; legatis, & pectora vestra compleatis cum aliarum artium scientia, tum historiarum cognitione. Nam ad intelligendum Danielem, multiplex Graecorum & Latinorum historia necessaria est, Herodoti videlicet, Xenophontis, Diodori Siculi, Polybij, Pausaniae, Iosephi, Liuij, qui regum Persicorum, Alexandri, & successorum eius, res gestas describunt.

POSTREMO hæc verba bonas mentes
ad lectionem Danielis hortentur : Tu Daniel
reconde sermones, & obsigna librum vsq³ ad
tempus finis, quo plurimi discurrent,
& multiplicabitur scientia.

L O C I

LOCI PRAECIPVI
IN CONCIONIBVS
DANIELIS PRO-
PHETAE.

P R I M V S locus est miranda con-
seruatio Ecclesiae, & testimonium
praesentiae Dei in Ecclesia. Etsi enim
ingens calamitas est exilium, & ita
dissipata erat gens Iudaica, & euersa
vrbs Ierosolyma, & deleta politia, vt
humanis consilijs restitui non posset:
tamen Deus mirabiliter & seruauit
gentem & reduxit, & in exilio magna
gloria ornauit. Nam Danielis confes-
sione & doctrina conuersi sunt ad ve-
ri Dei agnitionem quatuor Monar-
chae: Nabogodonosor, qui Daniele
in Babylonem abduxerat, filius Eui-
merodach, & deinde Darius Medus,
& Cyrus Persa. Haec non sunt facta si-
ne insignibus miraculis, in quibus
Deus testimonium ostendit de sua do-
ctrina & de Ecclesia, quorum aliqua
in historia Danielis recitantur.

S E C V N D V S est promissio de Mes-
sia, quam Daniel ita illustrauit, vt
non solum dixerit, quale futurum
esset,

ntes
niel
ad

CI

esset regnum Messiae, & quæ beneficia, sed etiam numerum annorū expresserit, intra quos Messias pro genere humano futurus erat victima. Hæc concio præcipuam Euangelij doctrinam complectitur. Ac valde prodest omnibus hominibus, hanc concionem capitis noni notissimam esse, quæ quidem & perspicue refutat Iudæos. Cum enim affirmet stante politia Mosaica venturum esse Messiam, non dubium est errare Iudæos, qui nondū venisse Messiam vociferantur.

TERTIVS locus est series Monarchiarū, quam voluit Deus notam esse, quia vult sciri has generis humani confusiones non fore sempiternas, sed aliquando finem futurum esse, & sequenturam meliorem Ecclesiae vitam. Vult item sciri, quo tempore filius Dei se ostensurus fuerit hominibus, & postea in fine mundi iudicaturus. Ideo Monarchias distinxit, ut monstraret tempus aduentus Filij. Ac prædixit Filiū in quarta Monarchia venturum esse. Non igitur deficiamus à Deo, sed expectemus aliam vitam, & sciamus illud tempus melioris vitæ nō procul esse.

Q V A R -

~~Q~~UARTVS locus complectitur
 doctrinam de conuersione ad Deum,
 de fide, de inuocatione, de resurre-
 ctione mortuorum. Quàm illustre
 exemplum est regulæ: Gratia exube-
 rat supra peccatum, conuersio regis
 Nabogdonosor, qui interfecit mul-
 tos sanctos, deleuit templum, man-
 dauit adorari statuas, coniecit in
 ignem viros sanctos, taxantes impios
 cultus. Tanta delicta attraxerunt hor-
 ribilem pœnam, à qua tamen Deus
 eum propter preces sanctorum libe-
 rauit. Hac pœna commonefactus au-
 dit Prophetas, & verum Deum agno-
 scit, & ad eum conuertitur ac recipi-
 tur, quanquam tanta fuerat moles
 peccatorum, vt magnitudo non co-
 gitari satis possit. Cum igitur rece-
 perit Deus Nabogdonosor contami-
 natum tam horrendis sceleribus, non
 dubitemus gratiam exuberare supra
 delictum, & filium Dei potentio-
 rem esse toto regno peccati. Valde etiam
 prodest considerare insigne exemplū
 fidei lucentis in inuocatione. Disertè
 enim Daniel petit se exaudiri propter
 Dominum, id est, propter promissum
 libera-

liberatorem. Obseruet præterea lector expressum testimonium de resurrectione mortuorum, quod extat capite duodecimo. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper.

~~Q~~VINTVS continet exempla gubernatorum, qui non tantum fuerunt scuta terræ, & arbores, sub quibus subditi pascuntur, sed etiam nutricij veræ Ecclesiæ, siue vt Psalmus loquitur, congregati cū populo Dei Abraham, à quibus Dominus vehementer exaltatus est. Nam edicta Nabugodonosor & Darij Medi testantur, hos Monarchas fuisse custodes vtriusque tabulæ Decalogi, & oppressæ Ecclesię opem tulisse, & omni officio adiuuasse propagationem doctrinæ de vera agnitione Dei & promissi saluatoris.

~~S~~EXTVS est prædictio de regno Antichristi, quæ monet, vt de Ecclesia iudicemus non ex aduersis vel secundis rebus, sed iuxta hanc regulam: Tantum ille cœtus est Ecclesia, qui sine corruptelis retinet scripta Prophetica & Apostolica. Cum igitur secta
Maho-

Mahometi reijciat libros Propheti-
cos & Apostolicos, certissimum est
hanc sectam non esse Ecclesiam Dei.
Etsi autem Papa & hæretici iactitant
se esse Ecclesiam retinentem scripta
Prophetica & Apostolica: tamen
quia affingunt dictis cœlestibus pere-
grinas opiniones, & defendunt mani-
festa idola, non sunt membra Christi,
sed organa Diaboli.

~~SEPTIMVS~~ est consideratio vir-
tutum Danielis & sociorum eius.
Quod enim in Daniele fuerit spiritus
gratiæ & precum, ostendit inuoca-
tio plena ardentissimorum affectu-
um capite nono. Quod autem præ-
ditus fuerit spiritu sapientiæ & con-
siliij, & spiritu non timiditatis, sed for-
titudinis, dilectionis, modestiæ &
temperantiæ, testantur narrationes
capite secundo, quarto, quinto, se-
xto & decimo. Huius exemplum imi-
tati sunt socij, qui in flammis conie-
cti nouam, inauditam & inusitatam
liberationem experti sunt.

CUM igitur Daniel tantas res com-
plexus sit, sæpè legantur eius con-
ciones, quæ partim sunt historicæ,
partim

partim prophetica. Nam sex priora capita recitant historias maximarum rerum, quibus Daniel non solum interfuit vt spectator & auditor, sed etiam præfuit, tanquam dux & moderator Ecclesiæ & Reipublicæ.

Sax verò capita inde vsq; ad finem continent vaticinia de quatuor Monarchijs, de bellis quæ gesserunt Alexander Magnus & successores eius in Aegypto & Syria, Denique de regno Antichristi, cuius duo brachia sunt, Papa & Mahometus.

C A P V T I.

Argumentum.

HISTORIA primi capituli monstrat pœnas atrocium scelerum & liberationes iustorum. Nam in pœna Iehoiakim & maxime multitudinis cernitur ira Dei aduersus idolatriam, contemptum ministerij & alia scelera. Quanta enim fuerit confusio opinionum, cultuum & morum in populo Iudaico ante exilium Babylonicum, docet Ieremias cap. 2. & 5. Ezechiel verò cap. 5. & 8. Rursus & misericordia cernitur, cum inter tantas calamitates reli-

reliquie Ecclesie mirabiliter à Deo seruentur, sicut inquit Ieremias, Misericordiae Domini quod non consumti sumus. Ut autem exordium huius capituli rectius intelligatur, sciendum est, Iosiam tres filios degeneres suscepisse, quorum primus Ioachas, cuius & alterum nomen est Sellum, Ieremia 22. à rege Aegyptio Necao in Aegyptum abductus & interfectus est. Alter filius Iehoiakim, cuius hic fit mentio, à rege Babylonico propter perfidiam interfectus, & sepultura asini sepultus est, sicut praedixerat ei Ieremias cap. 22. Sepultura asini sepelietur. Huius filius fuit Iehoiachin siue Ieconias, qui consilio Ieremia obtemperans deditioem fecit, & vnà cum aliquot millibus ciuium in voluntarium exilium abiit. Haec reliquia fuerunt seminaria, quae instaurarunt postea Rempub.

Tertius filius Iosiae fuit Zedekias, qui capta vrbe à Nabogdonosor, ex fuga retractus est, & ad regem Babylonicum adductus, vbi filij eius interfecti sunt, & pater effossis oculis Babylonem abductus est.

T E X T V S.

A Nno tertio regni Iehoiakim regis Iuda, venit Nabogdonosor
E rex

rex Babylonis cōtra
Ierusalem & obsedit
eam, & tradidit Do-
minus in manū eius
Iehoiakim regem Iu-
da & partem vaso-
rum domus Dei, &
† transtulit eam in
terram Sennaar, in
domum Dei sui, &
vasa in domum the-
sauri Dei sui.

hic fuit ~~federalis scientiæ~~. Et Beli cap. 14. Da-
nielis ~~erebra~~ fit mentio, quem Baal fuisse con-
sentaneum est.

Genes. 50.

† Exemplum dicti, Vos cogitastis de me ma-
lum, sed Dominus conuertit in bonum. Et si
enim rex Babylonicus hæc spolia idolo conse-
crauerat: tamen Deus conuertit hanc idolatri-
am in bonum, id est, in conservationem vaso-
rum, de qua 1. Esdræ 1. scribitur.

Et mandauit rex Aspenaz præfecto
Eunuchorum, vt introduceret de filijs
Israël, de semine re-
gio & de principibus
pueros, in quib. nul-
la inesset macula,
præstantes forma &
ingenio ad omnem

Hoc est, Anno
~~septimo ante mi-~~
~~grationem sponta-~~
~~neam Ieconix.~~

Deus ~~utitur ty-~~
~~rannis tanquā mer-~~
~~cenariis conducti-~~
~~tiis, Esa. 7. & ar-~~
~~mat eos, Esa. 10.~~
~~& reddit eis mer-~~
~~cedem pro labori-~~
~~bus, Ezech. 29.~~

Plin. lib. 6. cap.
26. Durat adhuc
ibi Iouis Beli tem-
plum. Inuentor

Exemplum cle-
mentix & mode-
rationis in victo-
ria.

Tria ~~προκειμενα~~
eorum qui acces-
sapien-

sapientiam, scientiam & intelligentiam [scilicet percipiendam] & in quibus esset robur, ut possent stare in palatio regis, & ut doceret eos literas & linguam Chaldæorū.

Et constituit eis rex demensum diurnum de cibis suis & vino, unde bibebat ipse, & cum educati essent tribus annis, quidam ex eis starent coram rege. Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudæ, Daniel, Hananias, Misaël, & Azarias. Et imposuit eis præfectus Eunuchorum nomina, Danieli Baltassar, Hananiæ Sidrach, Misaëli Misach, & Azariæ Abednego.

Hanc Etymologiam confirmat rex ipse cap. 4. Cui nomen Baltassar, secundum nomen Dei mei, &c.

Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis,

E 2 neq;

furi sunt ad Rēp.
I. Formę dignitas.
II. Ingenii sagacitas. III. Firmitas valetudo.

Stare coram rege, est partem gubernationis sustinere.

Daniel, iudex meus Deus. Hananias, gratiofus. Misaël, postulatus à Deo. Azarias, adiutus à Deo.

Baltassar, id est, Deus Babylo-
niorum, abscondens seu conservans thesaurum.

Anno
e mi-
onta-
æ.
ur ry-
āmer
ucti-
& ar-
i. Io.
mer-
ber-
29.
cap.
dhuc
tem-
entor
Da-
con-
ma-
Etsi
nse-
atri-
zalo-
cto
lijs
cle-
ode-
cto-
mveo
cef-
en-

neque de vino potus eius, & rogauit Eunuchorum præfectū, ne contaminaretur. Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiā in conspectu principis Eunuchorum, Et ait princeps Eunuchorum ad Danielē, Timeo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum & potum, qui si viderit vultus vestros tristiores cæteris adolescentibus æqualibus vestris, in periculum adducetis caput meum apud regem. Et dixit Daniel ad Malazar, quem constituerat princeps Eunuchorum super Danielelem, Hananiam, Misaëlem, & Azariam: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis * legumina ad vescendum, & aqua ad bibendū, & contemplare vultus no-

Exemplum fidei, constantiæ & confessionis nō abiciens legē propter impias illecebras aut impia terculamenta. Theodoretus Oratione octaua de providentia.

Exemplum regulæ de officio seruorum, Colos. 3.

Incredibilis fidei magnitudo, nō solum sibi corpulentiam polliceri esu vultoris cibi, sed & tempus statuere. Non est ergo temeritatis, sed fidei, ob quam restros,

stros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio, & sicut † videris, facies cum seruis tuis. Qui audito hoc sermone, tentauit eos dies decem. Post dies autem decem, apparuerunt vultus eorum meliores & pleniores omnib. alijs, qui vesebantur cibo regio. Porrò Malasar tollebat cibaria, & vinum potionis eorum, dabatq; eis legumina.

Pueris autem his dedit Deus scientiam & doctrinam in omni libro & sapientia, Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Completo itaq; diebus, post quos dixerat rex vt introducerentur, introduxit eos prapositus Eunuchorum in conspectum Nabog-

E 3

dono-

gias dapes contemserunt. Hieronymus.

* Hic delectus ciborum non fuit superstitiosus, sed habuit mandatum Dei. Abstinentia verò a vino fuit exercitium certi temporis.

† Prouerb. 20. Vt oculus videat, & auris audiat, Deus facit vtrunque.

Hi euentus congruunt ad regulas 1. Reg. 2. Glorificantes me glorificabo. Et 1. Timoth. 4. Pietas ad omnia utilis est, habens promissiones presentis & futuræ vitæ.

donosor. Cumq; eis locutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Hananias, Misaël, & Azarias, & steterunt coram rege. Et omne verbum sapientiæ & intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos, qui erant in vniuerso regno eius. Vixit autem Daniel vsque ad primum annum Cyri regis.

~~Hostib. & contemtoribus Philo-
sophiæ opponit Ba-
sili^o exempla Mo-
ysi & Danielis.~~

~~Daniel annos
70 gubernauit Ec-
clesiam & Remp.~~

C A P V T I I.

Argumentum.

IN CAPITE secundo recitat Daniel somnium regis Nabogdonosor, quod ipse interpretatur de quatuor Monarchijs. Nam caput aureum significat primam Monarchiam Chaldaeorum & Assyriorum. Argenteum pedus secundam Monarchiam Medorum & Persarum. Venter aeneus Alexandrum & successores. Tibia ferrea Romanum imperium. Ferrei pedes sunt aliquot potentes Imperatores

res

res Germanici, vt Carolus primus, Ludouicus filius, Henricus Auceps, Otthones, Henricus Bombergensis. Postea fuerunt multi imbecilliores, quos significant lutei pedes. Sed mixti fuerunt & fortes principes, qui res viiles gesserunt, vt Lotharius Saxo.

Recitantur autem à Prophetis hæc vaticinia de serie & euersione Monarchiarum propter quatuor causas, quarum Prima est, vt testentur Deum esse autorem imperiorum. Secunda, vt testentur doctrinam propheticam veram, & à Deo traditam esse. Cum enim respondeant euentus, qui à nulla creatura prospici poterant, manifestum est à Deo monstratos esse, & vocem Prophetarum diuinam esse. Imo nulla doctrina vllius gentis aut religionis vnquam seriem Monarchiarum ita complexa est, sicut solius Ecclesie doctrina. Hoc signo confirmamur vt alijs miraculis, vt firmiter statuamus, doctrinam Ecclesie à Deo traditam esse.

Tertia, vt Ecclesie consolatio proponatur, ne existimet Deo magis placere florentia imperia, quæ defendunt idola, quam hunc paruum & arumnosum cœtum custodem doctrine cœlestis. Item, vt statuatur se defendi & seruari etiam ruentibus imperijs.

Quarta. Ideo etiam series Monarchiarum

E 4

tradita

tradita est, vt indicaretur tempus, quo Christum Deus nasci voluit, & significaretur tempus resurrectionis mortuorum ac iudicij. Ex quo perspicuum est, his vaticinijs de serie Monarchiarum multipliciter erudiri & confirmari Ecclesiam.

Neg, verò in hac historia & interpretatione somnij tantum politica sententia, sed etiam Euangelica consideranda sunt, quia Daniel narrationi de quatuor Monarchijs attexit concionem de eterno regno Christi, quod non humanis consilijs, nec humana potentia, sed diuinitus constituetur. Christus enim est lapis sine manibus à monte, id est, à populo Iudaeo auulsus, & omnia frangens ac comminans. Implet autem vniuersam terram, quia colligit ex Iudaeis & gentibus Ecclesiam, cui sua bona in omni aeternitate communicabit.

TEXTVS.

A Nno secundo regni Nabogdonosor * vidit Nabogdonosor somnium, & consternatus est animus eius, & somnus eius recessit

Regni, scil. pacati & tranquilli. Nam ipsa series narrationis ostendit, hæc non posse intelligi de secundo anno gubernationis Nabogdonosor.]

ab eo.

ab eo. Præcepit autem rex, ut conuocarentur arioli & magi, & incantatores & Chaldæi, ut indicarent regi somnia sua, qui cum venissent, steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex, Vidi somnium, & † perculsus est animus meus ad cognoscendum somniū. Responderuntq; Chaldæi regi Syriaece: Rex in sempiternum viue, dic somnium seruis tuis, & interpretationē eius indicabimus. Et respondens rex ait Chaldeis: Sermo recessit à me, Nisi indicaueritis mihi somnium & interpretationem eius, funditus peribitis vos, & domus vestræ in pul-

E 5

Iosephus lib. 10. *cap. 12.*
τῆς ἀρχαιολογίας:
 Post annum secundum Aegyptiæ vastitatis, vidit Nabogodonosor mirabile somnium.

* Vidit rex impius somnium futurorum, ut interpretante sancto quod viderat, Deus glorificaretur, & captiuorum, Deoq; in captiuitate seruentiū sit grande solatium, Hieronymus.

* Id est, adeo permotus sum imagine huius somnii, ut ardeam incredibili desiderio cognoscendi quid significet.

Vanitas Chaldaeorum promittentium rem supra vires humanas positam.

Sermo, id est, imago somnii.

Iustissima sententia aduersus impostores, con-

uerem

uerem redigentur. Si autem somnium & interpretationē eius narraueritis, præmia & dona, & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi. Responderunt secundò, & dixerunt: Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus. Responditq; rex & ait: Certè noui, quod tempus redimitis, scientes quod recesserit à me sermo. Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est lex vestra, & verbum mendax & corruptum, quo præparati estis ad hoc, vt dicatis coram me, donec inmutetur tempus. Somnium itaq; dicite mihi, vt sciam quod interpretationem quoq; eius indicare possitis.

gruens cum dicto Alexandri Seueri: Eumopunia- tur, qui fumos vendidit.

Tempus emere, est moram neçtere & procrastinare.

Ratio probabilis seueræ iusticiæ.

Id est, Conspirastis ad me ludificandum, & verbis tantisper suspendendum, donec me huius rei capiat obliuio, vel aliquid interueniat, quod vos ex præsentis periculo extricet.

Respon-

Respōderunt Chaldæi coram rege, & dixerunt: Non est homo super terram, qui possit verbum regis explicare, imo nullus est rex, aut princeps aut potens, qui postulet tale verbum ab vllō diuinate, mago & Chaldæo. Et verbum quod interrogat rex preciosum est, nec est quisquam, qui hoc regi explicet, præter deos, quorum habitatio non est inter homines. Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit, vt interficerentur omnes sapientes Babylonis. Et proposito edicto, sapientes interficiebantur, quærebanturq; Daniel & socij eius, vt interficerentur. Cumq; Daniel percepisset hoc iudicium & mandatum ab Arioch summo iudice regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis, respondens dixit ad Arioch præfectum regium: Quare tanta seueritate edictum hoc à rege promulgatum

Chaldæi confidentur præscientiam futurorum nō esse hominum, sed Dei. Ex quo probatur, prophetas Dei spiritu locutos, qui futura cecinerunt, Hieron.

Nouit Dominus eripere suos de tentatione.

n di-
ri Se-
punia-
fumos

nium
indi-
lō, &
eruis
indi-
Cer-

emere,
nectere
nare.

obabi-
sticiæ.

Conspi-
e ludi-
& ver-
er suf-
, do-
ius rei
uio, vel
erueni-
vos ex
ericulo

spon-

gatū est? Tunc Arioch ostendit Danieli verbum. Et Daniel ingressus, postulauit à rege, vt tempus sibi concederetur ad indicandam * interpretacionem regi.

Ponuntq; ferocia Pœni Corda volente Deo.

Daniel tempus postulat, non quo sagacitate mentis

occulta perquireret, sed quo occultorum Dominum precaretur. Et ideo socios iungit ad precandum, ne solus de suo merito videatur præsumere, vt quorum erat commune discrimen, communis esset & oratio, Hieron.

* Interpretatio complectitur somnium, & eius interpretationem.

Tunc Daniel abiit in domum suam, & indicauit verbum Hananiæ, Misæli, & Azariæ, socijs suis, vt misericordias peterent à Deo cœli super secreto isto, ne perirent Daniel & socij eius cum reliquis sapientib. Babylonis. Tunc reuelatum est mysteriū hoc Danieli in visione nocturna, ideoq; benedixit Daniel D E O cœli.

Tertullianus in Apologetico: Coimus in cœtum & aggregationē, vt Deū quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est.

Exemplum versiculi: Inuoca me in die tribulatio-

Respon-

Respondensq; Daniel dixit: Sit nomen Dei benedictū à sæculo vsq; in sæculum, cuius est sapientia & fortitudo. Ipse est qui mutat tempora, & articulos temporū, qui reges instituit, & rursus abijcit, Dat sapientiam sapientibus, & scientiam his, qui præstant intelligentia. Ipse reuelat profunda & abscondita, nouit quid sit in tenebris, quia habitat lux cum eo. Tibi Deus patrum meorum confiteor, & te laudo ego, qui sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & nunc ostendisti mihi quod postulauimus à te. Nā verbum regis patefecisti nobis.

Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat rex, vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: Noli perdere sapientes Babylonis, sed introduc me
in con-

nis, & eripiam te, & tu glorificabis me.

Id est, Constituit fatales periodos regnorum & rerumpublicarū.

Testimonium, quod imperia diuinitus constituantur.

Exemplum diuine exauditionis, congruens cum pmissione: Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit.

in conspectum regis,
 & indicabo regi in-
 terpretationē. Tunc
 Arioch magna festi-
 natione introduxit
 Danielelem in conspe-
 ctum regis, & dixit
 ei: Inueni virum in-
 ter captiuos Iudæos,
 qui ostendere pote-
 rit regi interpretationem. Et respon-
 dens rex dixit ad Danielelem, cuius
 nomen erat Baltassar: Poteris ne tu
 mihi indicare somnium quod vidi, &
 eius interpretationē? Et respondens
 Daniel coram rege ait: Arcanū, quod
 rex postulauit, non possunt sapien-
 tes, magi, diuinatores & arioli indi-
 care regi, sed est Deus in cœlis, qui
 reuelat arcana, is notum fecit regi
 Nabucadnezar, quid futurum sit in
 nouissimo dierum. Somnium autem
 tuum, & visio capitis tui super lectum
 tuum hæc est: Tu rex cogitare cœpisti
 in lecto tuo quid esset futurum post
 hæc, & qui reuelat mysteria, ostendit
 tibi quæ ventura sunt. Mihi quoque
 non in sapientia mea, quasi huius
 pos-

2. Timot. 1. De-
 dit nobis Deus
 spiritum non ti-
 miditatis, sed for-
 titudinis, dilectio-
 nis & modestiæ.

¶ nunciorū,
 qui cum bona nun-
 ciant, sua videri
 volunt. Hierony-
 mus.

possessione omnibus viuentibus antecellam, hoc mysterium reuelatum est, sed vt interpretatio regi innotesceret, & cogitationes mentis tuæ scires.

προδερσασία plena modestiæ.

Tu rex videbas, & ecce imago vna grandis, imago inquam illa magna erat, & splendor eius excellens stabat ante te, & forma eius erat terribilis. Caput huius imaginis erat ex auro bono, pectus eius & brachia erant argentea, venter autem eius & lumbi erant ænea.

Imago somnii.

STATVA:

- I. Magna.
- II. Splendida.
- III. Terribilis.

Tibiæ eius erant ferreæ, & pedes eius erant partim ferrei, partim lutei. Tantisper contemplatus es, donec auulsus est lapis à monte sine manibus, & percussit imaginem in pedibus eius ferreis & luteis, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, lutum, æs, argen-

Imperia paulatim ruunt in deterius.

Matth. 21. Qui ceciderit sup hunc lapidem, confringetur. Super quem verò ceciderit, conteret eum.

De-
Deus
ti.
for-
ctio-
æ.

iorū,
nun
ideri
ony-

on-
nius
e tu
i, &
lens
uod
ien-
ndi-
qui
regi
t in
tem
tum
pisti
post
ndit
que
uius
pos-



argentum & aurū, & facta sunt velūt
 palea in horreo aesti-
 uo, quæ est ludibriū
 venti, & locus eorum
 non est inuentus. La-
 pis autem qui per-
 cusserat statuam, fa-
 ctus est mons magnus, & impleuit
 vniuersam terram. Et hoc quidem
 somnium est. Nunc
 interpretationē eius
 dicemus coram te
 rex. Tu rex regum es, & Deus cœli
 regnum potens & forte atq; glorio-
 sum tibi dedit, & omnia in quib. ha-
 bitant filij hominum & bestiaē agri,
 volucres quoq; cœli tradidit in ma-
 num tuam, & in potestate tua omnia
 posuit. Tu es ergo caput aureū. Post
 te autem confurget regnum aliud
 minus tuo, argenteum, & regnum
 tertium aliud æreū,
 quod imperabit vni-
 uersæ terræ. Regnum
 autem quartum erit
 forte sicut † ferrum.
 Vt enim ferrum om-
 nia frangit & com-

ἡ ἀρχὴ βασιλείας.

Maieestas regni
 Christi.

Interpretatio
 somnii.

Regnum Ale-
 xandri & succes-
 sorum rectè æreū
 dicitur. Inter om-
 nia enim metalla
 æs vocalius est &
 clarius tinnit, &
 sonitus eius longè
 minu-

minuit: ita hoc regnum omnia conteret & comminuet. eloquentiam Græci sermonis ostenderet. Hieronymus.

lateque diffunditur, ut non solum famam & potentiam regni, sed &

† In ferro eminent robur & duricies, cui omnia metalla cedunt. Sic Romana Monarchia potentior fuit aliis Monarchiis, & crudelissimè seuiit in sua viscera & in Ecclesiam.

Quod autem vidisti pedum & digitorum partem ex luto, partem ex ferro, regnum diuisum erit, quod tamen de robore ferri oriatur, secundum quod vidisti ferrum mixtum luto. Porrò digiti pedum partim ferrei partim lutei [significant] quod regnum partim erit potens, partim contritum. Quod autem vidisti ferrum mixtum testæ, cõmiscébuntur quidem humano semine, sed non coalescent, sicut ferrum non potest luto misceri.

Inclinatio imperii Romani facta imperante Honorio filio Theodosii.

Mixtabilia secundum Aristotelem oportet esse *ἁδιαίρετα*, id est, facile diuisibilia. Ideò ferrum non miscetur.

In diebus autem

F Perspicuum & illis,

illis, videlicet regum
istorum, suscitabit
Deus cœli regnum,
quod in æternum nō
destruetur, & regnū
hoc alteri populo nō
tradetur, Commi-
nuet autem & con-
sumet vniuersa regna
hæc, & ipsum stabit
in æternum, secun-
dum quod vidisti
quod de monte auul-
sus lapis sine mani-
bus comminuit lu-
tum, & ferrum, &
æs, & argentum, &
aurum. Hoc modo
Deus magnus osten-
dit regi quæ ventura
sunt, & † verum est
somnia & certa in-
terpretatio eius.

Quid est præcisus de monte sine ma-
nibus? Natus de gente Iudæorum sine opere
hominum.

† *πληροφορία* Danielis.

Tunc rex Nabog-

suauissimum de
Christo vaticini-
um, quod conti-
net testimonium
de tempore ad-
uentus Messie, &
de regni eius æter-
na maiestate in-
choanda in hac
vita per verbum
& Spiritum san-
ctum, & post hanc
vitā consumman-
da, cum Deus erit
omnia in omni-
bus, 1. Cor. 15.

Mons est popu-
lus Iudaicus-

Lapis est Chri-
stus.

Sine manibus,
id est, sine consi-
liis & viribus hu-
manis, Augustin.
Psal. 98.

Quid est mons,
vnde præcisus est
lapis sine mani-
bus? Regnum Iu-
dæorum.

Non Danielē,
dono-

donosor cecidit in faciem suam, & Daniëlem adorauit, & præcepit vt hostiam & incensum ei sacrificarent.

Loquens ergo rex ait Daniëli, Vere Deus vester Deus Deorum est, & Dominus regum reuelans mysteria, quia tu potuisti patefacere hoc arcanum. Tunc rex Daniëlem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei, & constituit eum principem super omnes puincias Babylonis, & præfectum atq; magistrum super omnes sapientes Babylonis.

ætatum & temporum, quæ hac historia & interpretatione somnii de maximis rebus eruditur & confirmatur.

sed Deum Daniëlis rex adorat, & tamen Daniëli, tanquam organo & ministro Dei, conuenientem honorem tribuit.

Hoc somnium ostensum est Nabogdonosori, Primum propter Daniëlem & Ecclesiam exulantem in Babylone. Hac enim occasione Daniël venit in noticiam regis, & populo mitigationem calamitatum impetrauit. Deinde vt rex considerata omnium rerum humanarum inconstantia, & regni Christi stabilitate æterna, ad verum Deum conuerteretur.

Tertio ppter Ecclesiam omnium

Daniel autem petiuit à rege, & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach & Abdenago, Ipse autem Daniel erat in foribus regis.

Testimoniū, quod liceat sanctis gerere magistratus.

C A P V T I I I .

Argumentum.

IN historia huius capituli considerentur persona & personarum socij, cause factorum, poena malorum, liberatio iustorum. Persona sunt rex, cuius lapsus & conuersio excitent in nobis timorem & fidem, populus partim spe victus, partim metu fractus, vt se ad regis exemplum componeret, & tres confessores, qui malunt in flammis conijci, quàm à vero Deo deficere. Regis socij sunt adulatores & syco-phanta, de quibus in tragœdia dicitur: Malus est minister regij imperij pudor. Confessorum socius in medijs flammis est filius Dei, qui solus est firmus & fidelis amicus. Causa impulsua, qua mouit regem vt hanc statuam collocaret, fuit audacia mentis humane, qua fingit opiniones & cultus sine verbo Dei. Finalis fuit, vt similitudo opinionum de Deo & cultuum esset

esset vinculum consociationis diuersarum gentium in toto regno. Vt autem in pœna ministrorum alienæ crudelitatis cernitur ira & iusticia Dei, sic liberatio trium confessorum est illustre testimoniũ de præsentia Dei in Ecclesia.

T E X T V S.

NAbogdonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & collocauit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. Misit autem Nabogdonosor rex ad congregandos satrapas, magistratus, iudices, duces, potentes, præfectos, omnesq; principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabogdonosor rex.

I. Protasis.

Fabricatio statuæ aureæ, est fabricatio vituli aurei, Exodi 32.

Velox obliuio veritatis, vt qui dudum seruũ Dei quasi Deum adorauerat, nunc statuam sibi fieri iubet, vt ipse adoretur in statua, Hieronymus.

Excelsa periculosius stant, & citius corruunt quæ sublimia sunt. Seductis autem magistratibus, subditi populi maiorum exemplo pereunt, Hieronymus.

F 3

Tunc

Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus, iudices, duces, potentes, præfecti, & omnes principes regionum ad dedicationem statuæ, quam crexerat Nabogdonosor rex. Stabant autem coram statua, quam collocauerat Nabogdonosor rex, & præco magna voce clamabat: Vobis dicitur populis, nationibus & linguis, Quo tempore audieritis sonitū cornu, tubæ, citharæ, lyræ, psalterij, symphoniæ, & omnium instrumentorum Musicorum, prociditis & adorabitis statuam auream, quam collocavit Nabogdonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Quamobrem audito sonitu tubæ, citharæ, lyræ, psalterij, symphoniæ, & omnium instrumentorum Musicorum, cadentes omnes populi, nationes & linguæ, adorauerunt statuam auream, quā collocauerat Nabogdonosor rex.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Eodem tempore è vestigio accedentes viri Chaldæi, accusauerunt Iudæ-

Artes sycophantarum.

OS,

os, dixeruntq; Nabogdonofori regi,
 Rex in æternum viue, Tu rex promul-
 gasti decretum, vt
 omnis homo audito
 fonitu tubæ, fistulæ,
 citharæ, lyræ, psal-
 terij & symphonix, & omnium instru-
 mentorum Musicorū prostratus ado-
 ret statuam auream, Si quis autem
 non prostratus adorauerit, mittatur
 in fornacem ignis ardentis. Sunt au-
 tem viri Iudæi, quos
 constituisti super o-
 pera prouinciæ Ba-
 bylonicæ, Sidrach,
 Misach, & Abednego. Hi contem-
 nunt, ô rex, decretum tuum, non co-
 lentes deos tuos, nec statuam aureã,
 quam erexisti, adorantes. Tunc Na-
 bogdonofor in furore & in ira præce-
 pit, vt adducerentur
 Sidrach, Misach, &
 Abednego, qui con-
 festim adducti sunt in
 conspectum regis. Et respondens Na-
 bogdonofor rex, dixit eis: Estne ve-
 rum, quod vos Sidrach, Misach, &
 Abednego, deos meos non colitis,

Exaggeratio à
 seueritate Regii
 mandati.

Ab indignitate
 personarū violan-
 tium regis edictū.

Cognitio legi-
 tima antecedit ex-
 ecutionem.

& statuam auream, quam collocaui, non adoratis? Nunc igitur parati estote, vt quacunq; hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, lyræ, psalterij, symphonix, & omniũ Musicorum instrumentorum, vt prostrati adoretis statuam quam feci. Sin autem non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis, & quis est Deus, qui possit vos eripere de manu mea?

Respondentes Sidrach, Misach, & Abednego, dixerunt regi Nabogdonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi: Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de fornace ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & sta-

Blasphema oratio, quæ mox refutatur perspicua cõfessione trium virorum.

Non debes audire verba, quorum iam rebus ipsis probabis fortitudinem atque constantiam, Hieronymus.

Hunc locum præclare enarrat Chrysostomus 1. Cor. 6. pag. 152. & Ephes. 4. pag. 156. in Græco textu. Et Theodoretus Oratio. 8. de prouidentia.

tuam

tuam auream quam erexisti, nō ad-
ramus.

Tunc Nabogdonosor repletus est
furore, & forma faciei illius immuta-
ta est super Sidrach, Misach, & Abed-
nego, & † præcepit,
vt succenderetur for-
nax septuplo arden-
tius, quā incendi
consueuerat.

† Quasi nō pos-
set simplex & so-
litus ignis trium
puerorum consu-
mere corpora, sed

furor & ira, quæ insanix proxima est, modum
tenere non potest, Hieron.

Vis incendii potest æstimari partim ex hac
accessione flammaram, partim ex euentu, qui
paulò post recitatur, Viros illos interfecit flam-
ma ignis.

Et viris fortissimis
de exercitu suo man-
datum dedit, vt liga-
tis pedibus Sidrach,
Misach, & Abednego, conijcerent in
fornacem ignis ardentis. Et confe-
ssim viri illi vincti cum palleis, calce-
is, pileis, & reliquo vestitu, coniecti
sunt in medium fornacis igne arden-
tis. Nam regis mandatum vrgebat
eos. Fornax autē adeo succensa erat,
vt viros illos, qui cōiecerant Sidrach,

II. Epitasis cer-
taminis inter re-
gem & tres con-
fessores.

F 5

Misach,

Misach, & Abednego in ignem, interficeret vis flammarū. Ac tres quidem viri, Sidrach, Misach, & Abednego, ceciderunt in medium fornacis igne ardentis ligati. Et ambulabant in medijs flammis, * laudantes Deum, & benedicentes D O M I N O.

Pœna sycophantarum & ministrorū alienæ crudelitatis.

Grande miraculum, ligati mittuntur in fornacem, & cadunt in mediū ignis præcipites, ardent vincula, quibus ligati sunt, & victorū corpora timens flamma non tangit.

*Virgilij in
Ætne descriptione.*

Erubere pios iuvenes attingere flammæ,
Et quacunque ferunt illi vestigia cedunt,
Nam merito pietas homini tutissima virtus.
* Psal. 34. Benedicam Domino omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Nabogdonosor verò stupefactus, surrexit cum admiratione, & respondens dixit consiliarijs suis: Nonne tres viros coniecimus in mediū ignis ligatos? Qui respondentes regi dixerunt: Vtique rex. Respondit rex & ait: Ecce ego video quatuor viros solutos, & am-

O inenarrabile
Dei potentiā, vinculis stricta sunt corpora, vruntur vincula, corpora non vruntur, Hieronymus.

bulan-

balantes in medio ignis, & detrimentum nullum est in eis, & forma quarti est similis filio Dei.

Tunc accessit Nabogdonosor ad ostium fornacis igne ardentis, & ait: Sidrach, Misach, & Abednego, serui Dei excelsi, egredimini & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abednego de medio ignis. Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, neque palliola eorum mutata, & odor ignis non transisset per eos.

Et respondens Nabogdonosor ait: Benedictus Deus Sidrach, Misach, & Abednego, qui misit angelum suum, &

Præsentia filii Dei in arumnis piorum.

III. Catastrophe lætissima, & gloriosus exitus tantorum agonum, qui præcesserunt.

Chrysostomus Rom 8. Non dissipauit Deus fornacem, nec prohibuit quo minus flamma arderet, sed per hoc ipsum incendiū tres viros illustriores reddidit.

Confessio regis.

libe-

liberauit seruos suos, qui crediderunt in eum, & verbum regis violantes, tradiderunt corpora sua ne colerent aut adorarent ullū Deum, præter Deum suū.

Hic angelus est filius Dei, iuxta dictum Gen. 48. Angelus qui me liberauit ab omnib. malis, benedicat pueris istis.

A me ergo factum est hoc decretum, vt omnis populus, natio & lingua, quæcunq; dixerit conuicium contra Deum Sidrach, Misach, & Abednego, funditus pereat, & domus eius ignominiose vastetur. Tunc rex restituit in meliorem statum Sidrach, Misach, & Abednego in provincia Babylonis.

Edictum regis plenum pietatis.

C A P V T I I I I.

Argumentum.

E T S I tanta fuit moles peccatorum regis Babylonici, vt magnitudo non cogitari satis possit: tamen cum ad Deum conuersus esset, & peteret sibi remitti peccata, & mitigari pœnas, rursus in regnum restitutus est, & publico scripto suam tragœdiam toti generi humano

mano

mano proposuit, vt considerato exemplo iræ in tristissima pœna, & exemplo gratiæ in salutari conuersione tanti regis multi flectantur ad officia pietatis & aliarum virtutum. Sic enim pij lectores huius capituli cogitent: Ostendit Deus iram suam aduersus tantum regem. Quare nos quoque iudicium Dei metuamus, & verè expauescamus agnitione nostrorum delictorum. Et cum receperit Deus contaminatum regem tam horrendis sceleribus, non dubitemus gratiam exuberare supra delictum, & filium Dei potentiozem esse toto regno peccati.

Discamus etiam rectè intelligere dictum Danielis ad regem: Peccata tua remoue iusticia, & iniquitates tuas beneficijs erga pauperes, & erit sanatio delictorum tuorum. Concio est pœnitentiæ, in qua prior pars precipit conuersionem, Abijce peccata, & conuertaris ad iusticiam, & beneficentiam erga iniuste oppressos, sicut Esaias inquit: Desinite male facere, & discite rectè facere. Secunda pars est absolutio, videlicet promissio remissionis peccatorum, quam oportet fide accipi. Ac in priore parte cum precipitur conuersio, non hoc dicitur, nostras virtutes mereri remissionem peccatorum, sed tantum traditum est præceptum, in quo & verba rectè intelligenda sunt. Regia concio est de toto Decalogo, cumq; nominatur

natur

natur iusticia, comprehenduntur vera agnitio Dei, agnitio promissi saluatoris, & fides. Deinde precipitur beneficentia in gubernatione, vt cogitet imperia à Deo constituta esse, vt foueant & tegant legitimam societatem, ac praesertim, vt oppressae Ecclesia opem ferant.

Sunt autem quatuor partes huius capituli, Prima est publicum scriptum, de quo dixi. Secunda, Narratio somnij. Tertia, Interpretatio somnij. Quarta, euentus congruens cum imagine somnij, eiusdemq; interpretatione.

T E X T V S.

N Abogdonosor
rex, Omnibus
populis, nationibus
& linguis habitanti-
bus in vniuersa terra.
Pax vobis multipli-
cetur. Signa & mirabilia fecit apud
me Deus.

Placuit ergo mihi
praedicare signa eius,
quia magna sunt &
mirabilia & fortia, &
regnum eius regnum sempiternum, &
potestas eius à generatione in gene-
rationem.

I.
I. Subscriptio.
II. Epigraphe.
III. Salutatio.
IIII. Occasio
scripti publice p-
positi.

Locus attentio-
nis.
Amplificatio ma-
iestatis Dei.

Ego

Ego Nabogdonosor felix eram in domo mea, & florens in palatio meo, somnium vidi quod perterrefecit me, & cogitationes in lecto meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et à me propositum est decretum, vt introducerentur ad me omnes sapientes Babylonis, vt interpretationem somnij exonerent mihi. Cumq; ingressi essent arioli, magi, Chaldæi, & diuinatores, & somnium narraffem coram eis, interpretationem eius indicare non potuerunt. Tandem verò venit in conspectum meum Daniel, cui nomen est Baltassar, secundum nomen Dei mei, & in quo est spiritus Deorum sanctorum, & somnium ipsi narraui. Baltassar princeps sapientum, ego scio, quod spiritus deorum sanctorum in te sit, & quod nullum mysterium tibi negocium faceffat. Visionem somnij mei quod vidi, & interpretationem eius expone.

Pfal. 39. Quam nihil nisi vanitas omnis homo securus.

Amplissimum testimoniū regis de Daniele.

Visio capitis mei

II.

in cu-

in cubili meo. Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius immensa.

Magna erat arbor & fortis, & proceritas eius tangens cœlum, & latitudo eius vsque ad fines totius terræ [sc. porrecta.] Rami eius erant pulchri, & fructus illius copiosus, & cibus erat in ea pro omnibus, inferiora eius vmbra præbebant bestiis terræ, & in ramis eius nidificabant volucres cœli, & ex ea cibum capiebat omnis caro. Videbam in visione capitis mei super lectum meum, & ecce vigil sanctus de cœlo descendit, clamans magna voce: * Succidite arborē & præcidite ramos eius, deijcite frondes eius & dispergite fructus eius, fugiant bestię quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius.

Quatuor partes somni regii de arbore.

I. Splendor imperii Babylonici, proponens imaginem iustæ & moderatæ gubernationis.

Vigiles sancti sunt angeli, quorum excubiis & custodia pii muniti sunt, iuxta dictum Psalmi 91. Angelis suis mandavit de te, &c.

* II. pars. Dura castigatio regis.

Verun-

Veruntamen stir-
pem radicum eius re-
linquite in terra, & implicetur vincu-
lis ferreis & æneis in herbis terræ, &
rore cœli tinctus versetur inter bestias
terrę. Cor humanum
auferatur ab eo, &
cor bestię detur ei, &
septem tempora mu-
tentur super eum. In
sententia vigilũ de-
cretum est, & sermo
sanctorum definitus
est, donec cogno-
scant viuentes, quod
potens sit excelsus in
regno hominum, &
cuicunq; voluerit da-
bit illud, & humilem
constituit super illud.

Hoc somnium vidi ego Nabogdo-
nosor rex, Tu ergo Baltassar expone
interpretationẽ, præ-
sertim cum omnes
sapientes in regno
meo nõ potuerint in-
terpretationem mihi
explicare. Tu autem potes, quia spi-

III. Mitigatio
pœnæ.

Iratus ad pœ-
nam si quos Deus
trahit, Eripere
mentem talibus
prius solet.

IIII. Finalis
causa castigatio-
nis, de qua dici-
tur Psal. 119. Bo-
num est mihi Do-
mine, quod hu-
miliasti me, vt di-
scerem iustifica-
tiones tuas.

Ecclesia ante-
cellit sapientia &
virtute omnibus
aliis sectis.

G ritus

ritus deorum sanctorū in te est. Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, fuit attonitus quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait, Baltassar, somnium & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar & dixit, Domine mi, Somnium sit his qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis.

Arbor quam vidisti grandis & fortis, cuius altitudo tangit cœlum, & latitudo porrigitur in omnem terram, cuius rami sunt pulcerrimi & fructus copiosus, & in qua erat cibus pro omnibus, subter quam habitabant bestię terrę, & in cuius ramis nidificabant volucres cœli, Tu es rex, qui factus es magnus & potens, & magnificentia tua creuit pertingens vsq; ad cœlum,
& po-

Huius cōsternationis causa est nō dubitatio de sententia somnii, sed societas ægritudinis, qua deplorat tragicam regis calamitatem

Nihil est amabilius in principe, quàm libertatem dicendę sententię amare.

Nihil in sacerdote turpius, quàm non audere quod sentiat, dicere, Theodosius in quadã epist. ad Amb.

III.

& potestas tua in terminos vniuersæ
terræ.

Quod autem vidit rex vigilẽm san-
ctum descendere de cœlo clamantem,
Succidite arborem & perditẽ eam, at-
tamen stirpem radicũ eius in terra
relinquite, & vinciatur ferro & ære in
herbis terræ, & rore cœli tinctus in-
ter bestias terræ versetur, donec se-
ptem tempora mutantur super eum.
Hæc est interpretatio ô rex & decre-
tum altissimi, quod veniet super do-
minum meum regem. Eijcient te ex
hominum societate, & cum bestiis erit
conuersatio tua, & fœnum vt bos
comedes, & rore cœli perfunderis,
septem quoque tem-
pora mutabuntur su-
per te, donec cogno-
scas, quod excelsus
sit potens in regno
hominũ, & cuicunq;
voluerit tradat illud.

Magna miserix
consolatio, quan-
do in tormentis
positus, scit pro-
spera secutura,
Hieronymus.

Quod autem dixerunt relinquen-
dam esse stirpem illius arboris, re-
gnum tuum tibi manebit postquam
cognoueris potestatem esse cœlestem.
Quamobrem rex, mi rex, consiliũ me-

um placeat tibi: peccata tua remoue iusticia, & iniquitates tuas beneficijs erga pauperes, & erit sanatio delictorum tuorum.

Omnia hæc venerunt super Nabogdofor regem. Post finem mensium duodecim in aula Babylonis deambulabat, Responditq; rex & ait: Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificauit vt esset domus regni, in robore fortitudinis meæ, & ad splendorem gloriæ meæ. Cumq; sermo adhuc esset in ore regis, cecidit vox de cælis, Tibi dicitur Nabogdofor rex, Regnum tuum auferetur à te, & ex hominum societate eijcient te, & cum bestijs erit conuersatio tua, fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excel-

Consiliū Danic.
lis loco epiphone-
matis additū inter-
pretationi somnii.

I I I I.

Deus differt pœnam, vt concedat spacium ad conuersionem, Rom. 2. Luca 13. 2. Pet. 3.

Superbia regis,
quam sequitur
Nemesis.

Promulgatio sen-
tentia de pœna
superbia.

excelsus in regno hominum, & cui-
cunq; voluerit, tradat illud.

Eadem hora sermo completus est
super Nabogdonosor, & ex hominum
cœtu eiectus, fœnum
vt bos comedit, &
rore cœli corpus eius
perfusum est, donec
capilli eius crescerēt
sicut pennæ aquila-
rum, & vngues eius
quasi vngues auium.

Post finem igitur
dierum ego Nabog-
donosor oculos me-
os leuavi ad cœlum,
& sensus meus red-
ditus est mihi, & al-
tissimo benedixi, &
viuentem in sempi-
ternū laudavi & glo-
rificaui, cuius potestas est potestas
æterna, & regnum eius à generatio-
ne in generationem. Et omnes habi-
tatores terræ apud eum quasi nihilum
reputati sunt, & iuxta voluntatem
suam facit tam in virtute cœli, quàm
in terræ incolis, nec est qui resistat

Executio sen-
tentia, qua nihil
tristi⁹ cogitari po-
test. Non enim
regno tantum ex-
uitur, sed etiam
vsu rationis spo-
liatus, inter be-
stias discurrit.

Exemplum sa-
lutaris peniten-
tia.

Misericordia
Domini quod nō
consumti sumus,
Threno. 3.

Tribuit DEO
laudem potentia.

G 3

manui

manui eius, & dicat ei, Quare fecisti?

Eodem tempore sensus meus red-
ditus est mihi, & in honorem regni
mei restitutus sum, & splendor meus
redijt ad me, & opti-
mates mei, & consi-
liarij mei requisie-
runt me, & in regnū
meum reductus sum,
& magnificentia amplior addita est
mihi.

Prouer. 20. Ut
oculus videat, &
auris audiat, De-
us facit vtrunque.

Nunc igitur ego Nabogdonosor lau-
do & magnifico &
glorifico regem cœli,
quia omnia opera
eius vera, & omnes
viæ eius iudicia, &
gradients in super-
bia potest humiliare.

Inuocatio &
confessio, tribu-
ens Deo laudem
veritatis & iusti-
ciæ.

Herodotus lib.
7. pag. 201. Φιλίες
γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπε-
ρέχοντα πάντα κολάει. ἢ γὰρ εἴα φρονεῖν ἄλλον μέ-
γα ὁ θεός, ἢ ἑαυτὸν. Solet Deus omnia sublimia
mutilare, nec finit quenquam spiritus altos ge-
rere, cum ipse solus sit altissimus.

Xenophon ἑλλην. σ'. ὁ θεὸς δὲ ὡς εἰκὸς πολλὰ
κίς χαίρει, τὰς μὲν μικρὰς μεγάλας ποιῶν, τὰς δὲ
μεγάλας μικρὰς. Solet Deus ex paruis magnos
facere, & ex magnis paruos.

C A P V T V.

Argumentum.

QVAM citò bonorum principum posteritas deserat proximorum patrum doctrinam et exempla, et quàm horribiliter diabolus grassetur in summo fastigio generis humani, in quo præcipuè eminere sapientia et virtus debebant, ostendit historia postremi regis Babylonici. Etsi enim Nabogdonosor publico edicto doctrinam Danielis de vero Deo professus fuerat, & eius filius Euilmerodach liberauerat Ieconiam ex carcere, & ei regium honorem & victum attribuerat: tamen tertius à Nabogdonosor amplexus est idolorum cultum, & vero Deo populi Israël palàm in conuiuio maledixit, vt in hoc capite scriptum est. Sic autem punitæ sunt eius blasphemias, vt capta Babylone, et ipso interfecto, Monarchia translata sit ad Persas, iuxta regulam communem: Regnum à gente in gentem transfertur propter iniusticiam, ac præsertim propter blasphemiam ac scuitiam, quæ in Ecclesiam exercetur. Hac translatione Deus simul & punit blasphemum regem, & Ecclesiam exulantem reduxit in patriam. Excitatus est enim Cyrus, qui populo Iudæorum reditum concessit in patriam ad instauratio-

nem templi & politia, vt 1. Esdra 1. scribitur.

Narrat autem Xenophon in septimo ~~ca-~~
 Scias Gyri, Babylonem captam esse tali tempo-
 re, cum celebrarentur dies festi, et agitentur
 conuiuia magna securitate, alludens hauddu-
 bie ad hoc conuiuium à Daniele descriptum.
 Scribit etiam apud Cyrum fuisse duos princi-
 pes ex regno Balthasaris, Gobryam & Gada-
 tam, qui primi ingressi sunt urbem atq; arcem,
 & regem trucidauerunt. Nam Gobrya filium
 in venatione rex Balthasar iniuste occiderat.

T E X T V S.

Balthasar rex fe-
 cit grande con-
 uiuium optimatibus
 suis mille, & cum his
 mille bibit vinum.
 Præcepit ergo iam
 temulentus, vt affer-
 rentur vasa aurea &
 argentea, quæ abstu-
 lerat Nabogdonosor
 pater eius de tem-
 plo, quod fuit in Ie-
 rusalem, vt biberent
 ex eis rex & optima-

I.

Ebrietas & bla-
 phemia regis, cu-
 ius exemplū pce-
 res imitati sunt.

Quamdiu fue-
 runt vasa in tem-
 plo Babylonis, nō
 est iratus Domi-
 nus. Videbantur
 enim rem Dei se-
 cundum prauam
 quidem opinionē,
 tamen diuino cul-
 tui consecrasse.
 Postquam autem
 humanis vsib. di-
 tes

tes eius, vxoresque eius, & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea, quæ asportauerant [sc. Chaldæi] de templo Ierosolymitano, & biberunt ex eis rex & optimates eius, vxoresque & concubinæ eius. Bibentes autem vinum laudabant deos suos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos.

Eadem hora egressi sunt digiti manus humanæ, & scripserunt è regione candelabri in superficie parietis palatij regij, & rex videbat manû quæ scribebat.

Tunc facies regis immutata est, & cogitationes, & compages lumborû eius soluebantur, & genua eius inter se collidebantur. Clamavit ergo rex fortiter, vt introducerent magos, Chaldæos, & diuinato-

uina cõtaminant, statim pœna sequitur post sacrilegium, Hieron.

Quod est in lingua ebrii, hoc est in corde sobrii.

II.

Manus scribentis tria verba in pariete.

Pulchrè dixit, Eadem horâ, ne ob aliud sibi illata supplicia, sed ob blasphemiam cognosceret, Hiero.

Hypotyposis diuinorum pauorû, in quibus etiam deorum liberi fugiunt.

res. Et respondens rex ait sapientibus Babylonis: Quicumq; legerit scripturam hanc, & interpretationem eius indicauerit mihi, purpura vestietur, & torquem aureum gestabit in collo, & tertius in regno meo princeps erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis, nec scripturam legere potuerunt, nec interpretationem eius indicare regi. Ideo rex Balthassar vehementer conturbatus est, & vultus eius immutatus est, & principes eius consternati sunt.

Crescunt paures in impiis non agentibus poenitentiam, iuxta dictum Prouerb. 4. Via impiorum similis tenebris, quæ crescunt vsque ad mediam noctem.

Regina autem propter verba regis & procerum eius in locum conuiuij ingressa, ad hunc modum locuta est: Rex in æternum viue, non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur.

Hæc regina nõ fuit vxor regis, sed haud dubie vidua, & mater regis, pietate & sapientia præstans.

Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet,

Amplissimum testimonium de Daniele.

& in

& in diebus patris tui cognitio, sapi-
entia & intelligentia, similis sapientiæ
deorum inuenta est in eo, & rex Na-
bogdonosor pater tuus, magistrū di-
uinorum, magorum,

Chaldæorum, & va- Vices in aulis.
tum constituit eum,

pater inquam tuus, ô rex, quia spiri-
tus amplior, coniunctus cum intelli-
gentia & scientia, qua somnia inter-
pretatur, & ænigmata soluit, & per-
plexæ explicat, inuentus est in eo, hoc
est, in Daniele, cui rex imposuit no-
men Balthassari. Nunc ergo Daniel
vocetur, vt interpretationē exponat.

Quare cum introductus esset Dan-
iel in conspectum regis, sic ad eum rex
locutus est: Tune es Daniel de filijs
captiuitatis Iudæ, quem abduxit pa-
ter meus rex ex Iudæa? Audiui de te,
quod spiritum deorum sanctorum ha-
beas, & quod scientia, intelligentia &
sapientia heroica instructus sis. Et
nunc venerunt in conspectum meum
sapientes & magi, vt scripturam hanc
legerent, & interpretationem eius
indicarent mihi. Sed non potuerunt
interpretationem horum verborum
indi-

indicare. De te verò audiui, quod possis obscura interpretari, & intricata euoluere. Si ergo poteris scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestiêris, & torquem aureum in collo gestabis, & tertius in regno meo princeps eris. Ad quæ respondens Daniel, dixit coram rege:

Psal. 15. In cuius conspectu impius contemptus est.

Munera tua tibi serua, & dona domus tuæ alteri da, scripturam autem legam tibi ô rex, & interpretationem eius ostendam tibi. Deus altissimus, ô rex, dedit regnum & magnificentiam, gloriam & honorem Nabogodonosor patri tuo, & propter magnificentiam quam dederat, vniuersi populi, nationes & linguæ tremebant, & metuebant eum, quos volebat, interficiebat, & quos volebat, percutiebat, & quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat.

Cum autem eleuaretur cor eius, & animus eius superbè elatus esset, deiectus est de solio regni sui, & ablata est ab eo gloria. Imo & ex hominum societate eiectus est, & cor eius cum
bestijs

bestijs positum est, & cum onagris
 erat habitatio eius, Fœnum quoque
 ut bos comedebat, & rore corpus eius
 humectabatur, donec cognosceret,
 quod potestatem habeat altissimus in
 regno hominum, & cui vult, tradat il-
 lud. Tu verò filius eius Balthassar
 non humiliasti cor tuum, cum scires
 hæc omnia, sed contra Dominū cœli
 eleuatus es, & vasa domus eius allata
 sunt ad te, tuq; cum optimatibus tuis
 & vxoribus atq; concubinis tuis bibi-
 sti ex eis. Deos præterea argenteos,
 aureos, æreos, ferreos, ligneos & la-
 pideos, qui non vi-
 dent, neq; audiunt,
 neq; intelligunt, lau-
 dasti. Deum verò, qui habet in manu
 sua animam tuam, & omnes vias tu-
 as, non glorificasti. Iccirco ab eo mis-
 sa est manus, quæ in conspectu tuo
 hæc scripsit. Hæc est
 autē scriptura, quæ
 exarata est :

Antithesis idolo-
 rum & veri Dei.

III.

Promulgatio sen-
 tentiæ capitalis.

Numerā, Numera-
 ra, Appende & sint diuidentes. Et
 hæc quidem est interpretatio verbo-
 rum: Numerā, Numerauit Deus re-
 gnum

gnum tuum, & compleuit illud. Appende, Appensus es in statera, & inuentus es deficiens. Diuidens, Diuisum est regnum tuum, & datum Medis atque Persis.

Hæc verba significant, circumactis periodis regnorum deficere autoritatē, & sequi discordias, quæ sunt exitiosæ imperiis.

Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura, & gestauit in collo torquem aureum, & præconium factum est de eo: Hic tertius erit princeps in regno.

Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæorum, & Darius Medus successit in regno annos natus sexaginta duos.

IIII.

Executio sententiæ a Xenophonte recitata libro 7. *anabasis* Cyri, & ab Herodoto libro 1. qui hunc Balthassarū Labynitum appellat.

C A P V T V I.

Argumentum.

HISTORIA in hoc capite recitata, est imago aulicæ beneuolentiæ & gratitudinis. Etsi enim Darius, quem Iosephus inquit esse Cyaxa-

Cyaxarem filium Astyagis, Danieli propter sapientiam & virtutem tertiam partem gubernationis attribuerat, & Daniel præclare de toto regno meritus erat: tamen hic præstans rex fascinatus ab adulatoribus & sycophantis, qui virtuti & felicitati exulis inuidebant, Danieli anguinam mercedem pro optima voluntate, & pro maximis meritis rependit. Hanc imaginem considerent p̄j, et sciant communem morbum esse ferè totius generis humani ingratitude, & placidè ferant, sibi pro optima voluntate reddi malam gratiam, odia, contumelias, & alia mala. Deniq; studeant propter Deum recta facere, non propter mercedem humanam, nec frangantur animis, cum non respondent hominum studia & officia nostræ voluntati & nostris meritis.

Semper autem Ecclesia sic viuit, vt Daniel sedens inter leones. Semper vndiq; Diaboli nobis insidiantur, & subinde multos euertunt. Semper homines imp̄j minitantur atrociam Ecclesie. Aduersus hæc pericula muniamus nos precatione et verbo, sicut de Daniele scribitur: Non est inuenta in eo lesio, quia credidit Deo suo. Cogitemus etiam quod res est, ideo doctores magis exerceri afflictionibus, et liberari gloriosius, vt Ecclesia intuens eorum exempla, cōfirmetur in vtraq; re, in perferendis arumnis,
& in

& in fide cernente presentiam Dei, & petente & expectante mitigationem aut liberationem. Sic Danielis liberatio multos confirmavit, ut certo statuerent, quod Deus inuocantibus ipsum assit, & opem ferat.

T E X T V S.

Placuit Dario, & constituit super regnū satrapas centum & viginti, ut præsenserent toti regno suo, & super eos principes tres, in quorum numero Daniel vnus erat, ut satrapæ illis redderent rationem, ne rex damno afficeretur. Daniel autem superabat omnes principes & satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo. Ideo rex cogitabat eum præficere toti regno. Principes igitur & satrapæ cupiebant inuenire occasionem contra Danielem prætextu gubernationis, sed nullam causam vel occasionem repe-

Darii voce idē significatur, quod significat vocabulum coërcentis, Herodotus libro 6. pagin. 190.

φθόνος τίντε φόνον, id est, Invidia parit eadem, ut ait Chrysostomus Rom. 1. Et Cicero pro Balbo: Est huius sæculi labes rire

rire poterant , eò
quod fidelis esset, &
nullus error aut cor-
ruptela in eo inueni-
retur.

Dixerunt ergo viri
illi, Non inueniemus
aduersus Danielelem
vllam occasionem,
nisi in lege * Dei ip-
sius. Tunc principes
& satrapæ aggregan-
tes se ad regem sic ei
locuti sunt, Dari rex,
in æternum viue, con-
filium agitarunt omnes principes,
magistratus, satrapæ, senatores &
iudices regni tui de proponendo re-
gio edicto & seuerissimo mandato, vt
omnis qui rem aliquam petierit à
quocunq; Deo vel homine intra tri-
ginta dies, nisi à te, mittatur in la-
cum leonum. Nunc itaq; rex confir-
ma sententiam & subscribe decreto,
vt non mutetur quod statutum est à
Medis & Persis, nec cuiquam id vio-
lare liceat. Confirmavit ergo rex Da-
rius decretum eiq; subscripsit.

H

Hac

προσκέμματα

Consiliarii :

- I. Fidelitas.
- II. Prudentia.
- III. Iusticia.

Pestes aularum,
Adulatio & Ca-
lumnia. Vigilan-
dum est igitur,
quia multæ infi-
diæ sunt bonis.

* Felix conuer-
satio, in qua ini-
mici nullam re-
periunt occasionē
nisi forte in lege
Dei, Hieron.

Hac de re cum Daniel certior factus esset, videlicet talem legem sancitam esse, ingressus in domum ¶ suam [fenestræ autem in habitatione ipsius erant apertæ versus Ierusalem] tertio die flectebat genua sua, & orabat ac gratias agebat Deo suo, sicut antea facere consueuerat. Viri ergo illi congregati inuenerunt Daniëlem orantem, & preces recitantē coram Deo suo. Et accedentes ad regem locuti sunt de regio edicto. Rex, nunquid edicto subscripsisti, vt omnis qui petierit aliquid à quocunq; Deo vel homine intra triginta dies, nisi à te rege, mittatur in lacum leonum? Ad hæc respondens rex ait, Verum est verbum iuxta legem Medorum atq; Persarum, quod viola-

Exemplum confessionis.

Dux species inuocationis. Aut enim petimus aliquid a Deo, aut gratias agimus p̄ accepto beneficio.

† Ex hoc loco discimus, ne temere nos offeramus periculis, sed quantum in nobis est insidias declinemus. Vnde & Daniel nō in plateis faciebat contra regis imperiū, sed in abscondito, vt Dei omnipotentis iussa non negligeret, Hieronymus.

Interrogatio infidiosa.

violare nemini licet: Tunc respondentes dixerunt regi, Daniel de filiis captiuitatis Iudæ non curat neq; te, neque edictum atq; decretum, quod subscriptione tua confirmasti, sed ter vno die preces suas recitat. Hoc verbo audito rex in magno luctu fuit, & pro liberatione Danielis intercessit, & vsque ad occasum Solis omni contentione pugnavit vt eriperet eum. Tunc viri isti congregati his verbis compellarunt regem. Scito rex, lege Medorum atque Persarum omne decretum regium esse ratum & immutabile.

Ibi rege iubente adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Danieli, Deus tuus, quem semper coluisti, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis vnus, & positus est super os lacu, quem obfirmavit rex annulo

Exaggeratio calumniæ ab indignitate personæ.

Octo indicia pietatis Darii.

I.

Darium regem sapientem & iustum, impulerunt tamen satrapæ, vt Danielem leonibus obiceret.

II.

III.

H

2

suo,

suo, & annulo principum suorum, ne qua vis afferretur Danieli. Et abiit rex in domum suam & dormiuit inccenatus, & nullus cibus ei appositus est, insuper & somnus recessit ab eo.

IIII.

V.

VI.

Tunc rex primo diluculo confurgens magna festinatione contendit ad lacum leonum, & appropinquans lacui flebili voce Daniele compellauit inquit, Daniel serue Dei viuentis, An Deus tuus quem semper colis potuit te seruare inter leones? Et Daniel regi respondens ait, Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum ne nocerent mihi, quia coram eo iusticia mea inuenta est, sed & coram te, ô rex, delictum non feci. Tunc rex magno gaudio

Cordis affectu lacrymis indicat, & oblitus regie dignitatis victor ad captiuum, dominus currit ad seruum, Hieron.

Theodo. orat. quinta de prouidentia: Non leonum feritas immutata est, sed rictus eorum & rabies conclusa est ab angelo, Hiero.

Iusticia non personæ, sed causæ.

dio perfusus, iussit
Danielem extrahi de
lacu, & nulla læsio in
uenta est in eo, quia
credidit Deo suo.

Iubente autem re-
ge adducti sunt viri
illi, qui accusauerant
Danielem, & in la-
cum leonū missi sunt
ipsi, & filij & vxores
eorum, cumq; non
peruenissent vsq; ad
pauimentum lacu, ar-
ripuerunt eos leones, & omnia ossa
eorum comminuerunt.

Tunc Darius rex
scripsit vniuersis po-
pulis, nationibus &
linguis, habitantib.
in vniuersa terra. Pax vobis multipli-
cetur, A me constitutum est decretū,
vt in vniuerso imperio regni mei om-
nes timeant & reformident Deū Da-
nielis. Ipse est enim Deus viuens &
æternus in sæcula, cuius regnum non
destruetur, & cuius potestas est æter-
na. Ipse est liberator & saluator, faci-

H 3 ens

Est aliquid ma-
gnis crimen abesse
malis.

Exemplum fidei
& mirandæ liber-
rationis.

VII.

Vetus seueri-
tas calumniatorē
in causa capitali,
eodem supplicio
afficiendum cen-
suit, quo affectus
esset aduersarius,
si conuictus esset.

VIII.

Edictum Darii
plenum pietatis.

m, ne
t abijt

I.

affectū
indicat,
s regie
victor
m, do-
rrit ad
Hieron.
o. orat.
proui-
lon leo-
as im-
t, sed
& ra-
usa est
Hiero.
nō per-
ausæ.

erent
ea in-
, de-
gau-
dio

ens signa & mirabilia in cœlo & in terra, qui liberauit Daniele[m] ex lacu leonũ. Porro Daniel fœlix fuit in regno Darij & in regno Cyri Persæ.

Darius & Cyrus simul regnarunt annos duos. Postea Cyrus solus annos viginti duos. Significat autem Cyrus lingua Persica Solem, teste Plutarcho in vita Artaxerxis.

C A P V T V I I.

Argumentum.

IN CAPITE septimo imaginibus quatuor bestiarum ostenduntur Danieli quatuor Monarchie. Nam leo significat Chaldaeos & Assyrios, ursus Persas, pardus Alexandrum Magnum. Quarta bestia Romanum imperium, cuius species terribilis significat bella ciuilia & seuiiciam, quam tyranni in illo imperio exercuerunt, quæ duo mala maximas vastationes in genere humano ante Gotthica, Saracenicæ & Turcica tempora fecerunt. Huic visioni intertextitur insignis concio de Messia persona & officio, deq; extremo iudicio, & fine omnium politiarum, & tristis prædictio de regno Mahometico, quod significat

cat

cat ingens cornu exortum in fronte quarta be-
 stia tribus alijs cornibus euulsis. Disertè enim
 Daniel inquit, hoc cornu venturum inclina-
 ta Monarchia, potentius ceteris regnis, habi-
 turum oculos & sermonem grandiloquum,
 & sermones contra verum Deum locuturum
 esse, & bella gesturum contra sanctos, & ha-
 biturum victorias. Hac omnia congruunt ad
 Saracenicum regnum, quod ortum est initio,
 tribus cornibus, à Romana Monarchia auul-
 sis, Syria, Aegypto, & Africa. Oculi verò si-
 gnificant legem astutè cogitatam, & os lo-
 quens contra verum Deum, significat blasphemias
 contra filium Dei.

Hac predictione Danielis commonefacti &
 muniti, execremur Mahometum, qui delere
 Euangelium conatur, nec moueamur aut ex-
 emplo maximæ multitudinis, quæ Mahometi
 blasphemias amplectitur, aut fortuna & suc-
 cessibus regni Mahometici, vt ab Euangelio
 & vera Ecclesia deficiamus, sed hac cogitan-
 tes quotidie seiungamus inuocationem no-
 stram à colluue Mahometica, & Deo gratias
 agamus, quod nos Ecclesiæ suæ inseruit.

T E X T V S.

H 4

Anno

ANno primo Balthassari regis Babylonici Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo, & somnium scribens breui sermone comprehendit, summamque perstringens ait: Videbā in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in * mari magno. Et quatuor bestię grandes ascendebant de mari inter se diuersę. Prima quasi leo habens alas aquilę, aspiciēbam donec euulsę sunt alę eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & † cor hominis datū est ei.

† Nam ante finem primę Monarchię Deus in regno Babylonico summos reges, Nabogodonosor &

ἱερολογία.

Supra enim descripsit interitum huius regis.

Hęc repetitio vaticinii de quatuor Monarchiis non est otiosa, sed pertinet ad regii somnii confirmationem, vt Gen. 41. Ioseph ad Pharaonem inquit: Quod autem vidiisti secundò, ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicatiū est, quod futurus est sermo Dei, & celerius implebitur.

* Mare mundū istum sæculumq; significat, salis amarisq; fluctibus redundantē, Hieronymus.

Sicut aquila multo tempore viuit: ita regnū Assyriorum multis ætatebus stetit, Hiero.

for & eius filium Euilmerodach, ad Ecclesie societatem ingentibus miraculis vocauit.

Et ecce bestia alia similis vrfo in latere stetit, & tres costæ erant in ore eius inter reliquos dentes, & sic dicebatur ei: Surge, comede carnem multam.

Post hæc aspiciēbam, & ecce alia quasi pardus, & * alas habebat instar auis quatuor in dorso suo, & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei.

annis partem Europæ, & omnem sibi Asiam subiugauit, Hieron.

Quatuor alæ & quatuor capita, sunt quatuor successores Alexandri, Seleucus, Ptolemæus, Antigonus, & Antipater. Est autem Alexander similis pardali, quæ non capitur ab armatis venatoribus, sed sopita vino & Venere, Chrysost. 1. Thess. 1. pag. 4.

Post hæc videbam in visione nocturna, & ecce bestia quarta terribilis & horrenda, & armata ingenti robore, ha-

H 5

re, ha-

Tres costæ seu longi dentes significant tres præcipuos reges Persicos, Cyrū, Darium, & Artaxerxem Longimanum.

* Nihil enim Alexandri victoria velocius fuit, quā ab Adriatico mari vsque ad Indicum Oceanum & Gangem fluuiū, non tam præliis quam victoriis percurrit, & in sex

re, habens dentes ferreos & magnos, comedens atq; comminuens, & reliquias pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat alijs bestijs, quas ante eam videram, & habebat cornua decem.

Decem cornua sunt decem præcipuæ provinciæ Imperii Romani, Italia, Hispania, Gallia, Germania, Illyricum, Græcia, Africa, Aegyptus, Asia, Syria.

Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius, & ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens grandia.

Vaticinium de regno Mahometico.

I.

II.

Notæ Mahometi quatuor, quarum hoc loco duæ recensentur, infra autem reliquæ recitabuntur.

Concio de futuro iudicio.

Tria *πρὸς κρίματι* iudicis:

I. Aeternitas.

II. Iusticia.

III. Potentia.

Nominatur enim Deus antiquus die-thro-

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda,

thronus eius flamme
ignis, & rotæ eius
ignis accensus. Flu-
uius igneus & rapi-
dissimus egredieba-
tur à facie eius, mil-
lia millium ministra-
bant ei, & decies
millies centena mil-
lia assisiebant ei, iu-
dicium exercuit, &
libri aperti sunt.

vt peccatores tormentorum magnitudinem per-
timefcant, Hieron.

Aspiciebam propter vocem sermo-
num grandium, quos cornu illud lo-
quebatur, & vidi in-
terfectam esse besti-
am, & perijsse cor-
pus eius, quod tra-
ditum erat vt igne
combureretur, aliarum quoque be-
stiarum ablatam esse potestatem, &
tempora vitæ eis constituta esse vsque
ad tempus & ad tempora.

Videns etiam vidi
in visione nocturna,
& ecce in nubibus

rum, vt æterni iu-
dicis habitus de-
monstretur. Quod
autem capilli eius
lanæ mundissimæ
comparantur, pur-
rum ostenditur sin-
cerumq; iudiciū,
& nullam perso-
nam in iudicando
recipiens. Senex
quoque describi-
tur, vt maturitas
comprobetur sen-
tentia. Thronus
eius flammæ ignis,

Pœna regni Ma-
hometici atrocior
quam aliorum re-
gnorum.

Testimoniū illu-
stre de persona &
de regno Christi.
cœli

cœli quasi filius hominis veniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & adduxerunt illum in conspectū eius. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, nationes & linguæ ipsi seruient, & potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur, & regnum eius non destruetur.

Fractus est spiritus meus in corpore meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. Accessi igitur ad vnum de assistentibus, & veritatem de omnibus his ex eo quærebam, qui interpretationem horum verborū mihi monstrauit. Hæ quatuor bestiarū magnarū, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, & obtinebunt regnum usq; in sæculum & in omni æternitate.

Ioannis 5. Pater omne iudicium dedit filio, quia filius hominis est.

Discrimen regni Christi & aliorum regnorum.

Non potest humana imbecillitas fulgorē maiestatis diuinæ sustinere.

II.
Interpretatio visionis.

Stabilitas Ecclesiarū,

clesiæ, quæ est regnum Christi, æterna.

Post hæc desiderabam veritatem de bestia quarta, quæ erat dissimilis omnibus alijs, & terribilis valde, cuius dentes erant ferrei, & unguis ænei, comedebat & comminuebat, & reliquias pedibus suis conculcabat, & de cornibus decem quæ habebat in capite, & de cornu quod ortum fuerat, coram quo ceciderant tria cornua, quodq; habebat oculos & os loquens grandia, & maius erat cæteris. Aspiciebam, & ecce cornu illud inferebat bellum sanctis, & vincebat eos, donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti.

Sic ergo locutus est [sc. angelus.] Bestia quarta regnum quartum erit in terra, & conculcabit & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni, decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, & *puta-

III.

IIII.

Reliquæ duæ
notæ Mahometi.

bit

bit quod possit mutare tempora & leges, & tradentur in manum eius vsq; ad tempus & tempora & dimidium temporis. Et iudicium exercebitur, vt auferatur potentia, & conteratur, & funditus pereat vsq; in finem. perficiet Mahometus quod summam rei attinet.

Regnum autem & potestas & magnificentia regni sub omni cœlo dabitur populo sanctorum altissimi, cuius regnū sempiternum est, & omnes reges seruiant ei atq; obedient.

Hucusque finis verbi. Ego autem Daniel valde cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me. Verbum autem in corde meo conseruaui.

Nam prima est lex Mahometica seu Alcoranus.

I. Blasphemia aduersus Christum.

II. Sæuitia in Ecclesiam. III.

Conatus delendi Euangeliū & Ecclesiam.

* Putabit] Magna consolatio in hoc verbo proposita. Non enim

conatur, quod ad

Aeterna gloria Ecclesiae.

Sancti nequam habebunt terrenum regnū, sed cœleste. Cesset ergo mille annorum fabula, Hieronymus.

Lu. II. Beati qui audiūt verbū Dei, & custodiūt illud

C A P V T

CAPVT VIII.

Argumentum.

IN capite octauo describuntur due Monarchie, Persica & Græca, propositis imaginibus arietis & hirci, quorum ille Persas, hic Græcos significat. Intertextitur autem huic visioni vaticinium de Antiocho Epiphane, quod Paulus 2. Thes. 2. ad Antichristum accomodat. Cum enim multa iudicent homines ex rebus secundis & aduersis, multos fœlicitas Antiochi & miseriæ populi Dei mouerunt, vt à Deo deficerent, existimantes nihilo magis hunc populum esse Ecclesiam Dei, quàm alias gentes. Vt igitur p̄i confirmarentur, et scirent hanc pœnam breuem fore, ac secuturos letos exitus, & Deum rursus eiecturum esse idolum ex templo, prædixit Deus hanc calamitatem & exitum scripto Danielis, & quidem dierum numerum expressit. Ait hunc tyrannum vastaturum esse Iudæam, et prophanaturũ templum duobus millib. dierum & trecentis, id est, sex annis & sex mensibus. Suntq; tot anni à tertio anno Antiochi vsq; ad octauum Antiochi, quo anno Macabeus templum recuperauit. Historia perspicuè recitatur in libris Macabeorum, & à Iosepho, & annorum numerus

con-

congruit ad prædictionem Danielis. Ideo p̄j
historiam in his libris recitatam cum Danielis
scripto conferant, quia collatio prædictionum
cum euentibus confirmat assensionem de pro-
uidentia, sicut collatio euentuum cum prædi-
ctionibus testimonium est de certitudine do-
ctrinae Propheticae. Infra autem cap. 11. plura
dicentur de accommodatione typi ad regnum
Antichristi, & quidem Pontificij.

T E X T V S.

ANno tertio re-
gni Balthassar
regis visio mihi Da-
nieli apparuit post
eam, quam videram
in principio. Vidi
autem hanc visionem
cum essem in arce
Sufan, quæ est in pro-
uincia Elam, iuxta
fluuium Vlai.

bant autem in Sufis suum domicilium Persici re-
ges tempore hyberno, sicut æstiuo in Ecbaranis.

Elam stirps est Persarum Gen. 10. Et fit men-
tio apud Xenophontem tribus Elamidos de Cy-
ro. Significat autem nomen Elam adolescen-
tem, vnde nomen est Alma, Esa. 7. Ecce Alma,
id est

I.

1. Tempus vi-
sionis.

In principio.]
quæ supra cap. 7.
recitata est.

II. Locus vi-
sionis.

Sufan, teste A-
thenæo libro 12.
pag. 253. signifi-
cat lilium. Habe-

id est, Virgo concipiet. Vlai, amnis Euleus,
Plin. lib. 6. cap. 23. & 27.

Et leuauī oculos meos & vidi, &
ecce aries vnus stabat iuxta flumen,
habens cornua ex-
celsa, & vnum excel-
sius altero atq; cre-
scens. Vidi præterea
arietem cornu ferientem Occasum,
Septentrionem & Meridiem, nec vlla
bestia poterat resistere ei aut liberari
de manu eius, fecitq; secundum vo-
luntatem suam, & magnas res gessit.

Cum autem dili-
gentius hæc confi-
derarem, ecce hircus
caprarum veniebat
ab Occidente super
faciē * vniuersæ ter-
ræ, nec † tangebatur
terram. Habebat au-
tem hircus cornu in-
signe inter oculos su-
os, Et venit vsque ad
arietem illum ha-
bentem duo cornua,
quem videram stan-
tem iuxta flumen, &

Duo cornua, re-
gnum Medicū &
Persicum.

Iosephus lib. 11.
cap. vlti. scribit,
sacerdotes Iudai-
cos narraſſe Ale-
xandro hanc Da-
nielis prædictio-
nem, qui ante an-
nos 200. vaticini-
natus fuerat, re-
gem Græcorum
potiturum esse im-
perio Persico.

* Lucanus lib.
10. de Alexandro:
Terrarum fatale
malum, fulmenq;
quod omnes
Percuteret popu-

I magno

magno impetu in eū
irruit. Cumq; pro-
pius accessisset ad
arietem, irritatus ad-
uersus ipsum percus-
sit arietem, & com-
minuit duo cornua
eius, & non poterat
aries resistere ei,
cumq; eum in ter-
ram deiecisset, conculcauit, nec quis-
quam poterat liberare eum de manu
illius. Hircus autem caprarū res ma-
ximas gessit, cumq; creuisset, * fra-
ctum est cornu insigne, & orta sunt
quatuor cornua in
loco illius versus qua-
tuor ventos cœli.

los, pariterq; &
fidus iniquum
Gentibus.

† Non disun-
ctissime terræ ci-
tius cuiusquā pas-
sibus peragratae,
quàm Alexandria
nō dico cursibus,
sed victoriis illu-
stratae sunt.

* Apollodorus:
Fortuna magna
non caret formi-
dine,

~~Nec splendor eminentis vacat periculo
Et que quid altum est, haud tutum diu manet
Vt quod ruat inuidia, vel tempore.~~

Quatuor cornua, Syriacum, Aegyptiū, Asia-
ticum, & Macedonicum regnum.

De vno autem ex
eis egressum est cor-
nu vnum paruulum,
quod valde auctum est contra meri-
diem, & orientem, & contra terram
amœ-

Vaticinium de
Antiocho Epipha-
ne.

amœnam. Et creuit
 contra exercitū cœ-
 li, & deiecit de exer-
 citu & de stellis, &
 conculcauit eas. Et
 creuit aduersus prin-
 cipem exercitus, &
 abstulit ab eo iuge
 sacrificium, & pro-
 phanauit locum san-
 ctitatis eius. Ex ex-
 ercitus dabitur con-
 tra iuge sacrificium
 propter peccata, &
 prosternetur veritas
 in terra, & faciet &
 habebit successus.

I. Terra amœ-
 na, id est, sedes
 veræ doctrinæ &
 Ecclesiæ.

II. Exercitus,
 id est, Ecclesia mi-
 litans bonam mi-
 litiam, I. Tim. I.
 & quidem cœle-
 stis, quia *πολιτεία*
μου nostrum in cœ-
 lis est, Coloss. 3.

III. In cœlo
 sunt stellæ, I. Co-
 rinth. 15. Sicut
 stella differt à stel-
 la. Et Dan. 12.
 Fulgebunt sicut
 stellæ.

IIII. Deiectio
 stellarum, I. Ma-
 cab. 6. & 7.

v. Veritatis conculcatio, I. Macab. I.

VI. Causa harum calamitatum, peccatum,
 Dan. 8.

VII. Metæ tyrannidis & prophanationis,
 Dan. 8.

Et audiui vnum ex sanctis loquen-
 tem, & dixit ille san-
 ctus ad Palmoni qui
 loquitur, vsquequo
 hæc visio durabit de
 iugi sacrificio, & de

Palmoni appel-
 latio filii Dei, quī
 ab Esaiâ capite 9.
 vocatur Pele, id
 est, admirabilis.

I 2

pecca-

peccato, propter quod fit hæc vastatio, qua & sanctuarium & exercitus conculcatur. Et dixit ad me, vsq; ad vesperam & mane dies bis mille trecenti, & repurgabitur sanctuarium.

Periphrasis diei naturalis.

Repurgatio templi facta a Iuda Macabæo, I. Mac. 4.

Factum est autem cum viderem ego Daniel visionem & quærerem intelligentiam, ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vocem viri inter Vlai, & clamavit & ait, Gabriel perfice vt hic intelligat visionem. Venit igitur in locum, in quo eram, cumq; venisset consternatus sum, & cecidi in faciem meam, & ille ad me dixit, Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis implebitur visio.

Accommodatio visionis ad regnū Antichristi.

Hunc locum plerique nostrorum ad Antichristum referunt, & quod sub Antiocho in typo factum est, sub illo in veritate dicunt esse complendū, Hieron.

Cum loqueretur ad me quasi somno graui sepultus cecidi in terram, & accessit ad me, & restituit me in pristinum locum dicens mihi, Ego ostendam

dam tibi quæ ventura sunt in nouissi-
ma ira, quoniam finis habet tempus
suum.

Aries quem vidi-
sti habere cornua,
rex Medorum est at-
que Persarum. Hir-
cus autem caprarum rex Græcorum
est, & cornu grande quod erat inter
oculos eius, est rex primus. Quod au-
tem fracto illo surrexerunt quatuor
pro eo, quatuor reges de gente eius
consurgent, sed non habentes simile
robur.

Et post regnum
eorum cum creuerint
iniquitates, surget
rex impudens facie
& intelligens ænig-
mata. Et crescet qui-
dem robur eius, sed
non proprijs viribus,
& horribiliter sæuiet,
& prosperos habebit successus, & in-
terficiet robustos & populum sancto-
rum. Et secundum voluntatem suam
fœlix erit dolus in manu eius, & spiri-
tus altos geret, & elatus magnitudine

I I.

Interpretatio
visionis de ariete
& hirco.

De morib. An-
tiochi Epiphanis
Polybius citante
Athenæo libro 5.
& 10. Fuit autem
astutus, audax,
fœlix, immanis,
& creuit malis ar-
tibus Pontificum
Iudaicorum.

successuum occidet plurimos, & contra principem principum confurget, & sine manu conteretur. Et visio de vespertino & matutino tempore, quæ recitata est, vera est.

Tu ergo visionem * obsigna, quia post multos † dies implebitur.

De interitu Antiochi 1. Mac. 6. & 2. Mac. 9.

* Verbo signandi ostendit obscura esse quæ dice-

bantur, & non patere multorum auditui, nec posse ante intelligi, nisi rebus & operibus impleantur, Hieron.

† Post annos 337. ὡς ἔγραψα. Nam a tempore huius vaticinii vsque ad Alexandrum sunt anni 200. A morte Alexandri vsque ad Antiochum 137. vt testatur primus Maccabæorum.

Et ego Daniel languefactus, aliquot dies ægrotavi, cumq; surrexisssem, faciebam opera regis, & mirabar visionem, & non erat qui interpreta-

Interpretaretur, scil. omnes circumstantias vaticinii de Antiocho.

Nam prior pars de Persis & Græcis luculentè enarrata est.

C A P V T I X.

Argumentum.

p. melanchi: **E**T S I singula capita Danielis yberrimam doctri-

doctrinam continent: tamen hoc caput longè antecellit ceteris. Initio enim recitatur precatio plena ardentissimorum affectuum, in qua Propheta à Deo petit reductionem populi in patriam, & templi ac politiae instaurationem. Hac precatio complectitur doctrinam poenitentiae, taxat fiduciã propriæ iusticiæ, et monstrat iusticiam fidei. Deinde traditur in hoc capite illustre testimoniũ de tempore aduentus Christi, de morte Christi, de beneficijs noui Testamenti, de excidio et perpetua vastitate politiae Iudaicae. Quare cum prædictio Danielis de multis magnis rebus nos doceat & confirmet, sæpè multumq; cogitanda est. Complectitur enim Euangelij summam, et perspicuè refutat multas Iudaeorum blasphemias, qui negant natum esse Messiam, negant passurũ esse, ignorant doctrinam de remissione & de iusticia, quam donat Messias, somniant instaurationem esse politiam Mosaicam. Hæ blasphemie omnes refutantur testimonio Danielis, qui disertè in hoc cap. affirmat, post hebdomadas sexaginta nouem passurum esse Messiam. Intelligentur autẽ annorũ hebdomades, vt Leuit. 25. cap. lex loquitur.

ET SI autem de initio hebdomadum varia sunt & discrepantes doctissimorum hominum sententiæ: tamen simplicissimum est sumere initium hebdomadum à diuino sermone, videlicet

& con-
surget,
visio de
re, quæ

ritu An-
Maca. 6.
c. 9.

o signan-
it obscu-
uæ dice-
tui, nec
bus im-

tempore
unt anni
tiochum

, ali-
rexif-
mira-

pretare-
omnes
tias va-
e Persis

rimam
doctri-

delicet Prophetico Zachariae & Haggai, hoc est, à secundo anno Longimani. Sunt autem ab anno Longimani secundo iuxta Metasthenem ad initium Alexandri 144. Ab initio Alexandri post Darij mortem iuxta librum Macabeorum & Iosephum sunt anni 310. vsq; ad Christum natum. His si addantur 30. anni à nato Christo vsq; ad eius baptismum, erunt à secundo Longimani anno vsque ad baptismum Christi 484. Sunt autem hebdomades 69. anni 483. Deinde in dimidio sequentis hebdomadis Christus concionatus & passus est. Hac annorum Danielis congruentia cum tempore aduentus Christi pijs grata sit. Deinde excidium vrbs Ierusalem perspicue testatur, Messiam exhibitum esse, cum exhiberi eum adhuc stante politia Iudaica oportuerit, in qua cum esset inchoata Euangelij praedictio, postea deleto hoc populo Ecclesia colligitur ex gentibus.

T E X T V S.

ANno primo Darij filij Afueri de femine Medorū, qui tenuit regnum Chaldaeorum, Anno, in-

I.
Disertè inquit ex femine Medorum, ad differentiam Darii filii Hytaspis, qui namquam,

quam, primo regni eius, ego Daniel consideravi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, videlicet Ierusalem annos septuaginta fore vastam. Et conuersus sum ad Dominum Deum meum, ut ei preces & vota adhiberem in ieiunio, sacco & cinere. Inuocans autem DOMINUM Deum meum, confessus sum, & dixi:

Obsecro DOMINE Deus magne & terribilis, qui seruas pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, contumaces

tus est ex stirpe Persarum.

Exemplum summi prophetae inuitet nos ad assiduum lectionem scripturae.

Ieremias capite 25. & 29. praedixit post annos 70. exilii, populum ex Babylone reditum esse in patriam, & instauratum templum & politiam.

Precatio sit sobria, Matth. 17. Lucæ 21.

Hæc precatio Danielis recitanda est tanquam communis precatio pro Ecclesia omnium temporum, cui nunquam desunt pericula & certamina.

I.

Orditur precationem a confes-
fui-

fuius declinando à mandatis & iudicijs tuis. Non obediimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omniq; populo terræ. Tibi D O M I N E iusticia, nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est hodie viro Iuda & habitatoribus Ierusalem, & omnibus Israëlitis, propinquis & remotis in omnibus terris, in quas tu dispersisti eos propter transgressiones eorum, quibus te offenderunt. D O M I N E nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerunt, Tibi autem D O M I N O Deo nostro misericordia & propitiatio, aduersus quem contumaces fuimus. Et non audiuius

sione peccati, cuius duos gradus recenset, contumaciam in atrocibus delictis, & contemptum ministerii.

I I.

Tribuit D E O laudem iusticiæ in pœnis, vt Psalmo 119. dicitur: Iustus es Domine, & rectum iudiciū tuum.

Tribuit D E O laudem misericordiæ iuxta promissiones Deut. 4. & Ezech. 33.

vocem

vocem Domini Dei nostri, vt ambularem in lege eius, quam tradidit nobis per seruos suos Prophetas. Et omnes Israëlitæ violarunt legem tuam, & declinantes non audiuerunt vocem tuam. Ideo stillauit super nos maledictio & execratio, quæ scripta est in libro * Moyfi serui Dei, quia peccauimus ei. Et executus est sermones suos, quos locutus est super nos & super principes nostros, qui iudicauerunt nos, vt obrueret nos magno malo, quale nunquam fuit sub omni cælo, sicut factum est in Ierusalem. Quemadmodum enim scriptum est in lege Moyfi, ita omne hoc malum irruit in nos, & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt conuersi ab iniquitatibus nostris, cogitaremus veritatem tuam. Ideo vigilauit **D O M I N V S**, vt hoc malū adduce-

Non totam in nos effudisti iram, quam ferre non poteramus, sed stillā furoris tui, vt correpti in plaga, reuerteremur ad te, Hieron.

* Deu. 27. & 28. Leuitici 26.

Magnitudo calamitatum.

Ieremiae 1. Virgam vigilantem ego video.

ret

ret super nos, quia iustus est **D O M I -**
N V S Deus noster in omnibus operi-
 bus suis quæ fecit: Non enim audiui-
 mus vocem eius. Et nunc **D O M I N E**
 Deus noster, qui e-
 duxisti populum tu-
 um de terra Aegypti
 in manu forti, & fe-
 cisti tibi nomen sicut hodie est, pecca-
 uimus, iniquitatem fecimus. **D O -**
M I N E propter omnem iusticiam tu-
 am placata sit omnis ira tua & indi-
 gnatio tua ciuitati tuæ Ierusalem, &
 monti sancto tuo. Nam propter pec-
 cata nostra & iniquitates patrum no-
 strorum, Ierusalem & populus tuus
 subsannantur ab omnibus, qui cir-
 cum nos sunt.

Argumentum
 a prioribus bene-
 ficiis.

Nunc ergo exaudi Deus noster o-
 rationem serui tui & preces eius, &
 ostende faciem tuam super sanctuari-
 um tuum, quod va-
 statum est, propter
D O M I N V M.

Discrimen Pa-
 tris & Filii. Item
 veræ & falsæ in-

uocationis. Petit enim se exaudiri propter pro-
 missum liberatorem.

Inclina Deus meus aurem tuam &
 audi, aperi oculos tuos & vide vasti-
 tatem

tatem nostram & ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum. Neq; enim in iustificationib. nostris prosternimus preces nostras in conspectu tuo, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi **D O M I N E**, Domine sis propitius, Domine attende & fac, ne moreris propter teipsum Deus meus, quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatē tuam & super populū tuū.

Cum autem adhuc loquerer & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israël, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei pro monte sancto Dei mei, Cū, inquam, adhuc loquerer in oratione,

Consolatio opposita nostræ indignitati, & testimonium de articulo Iustificationis.

Mysterium trinitatis in appellatione Domini ter repetita.

Argumentum a causa finali. Propter gloriam nominis tui benefac Ecclesiæ.

Augustinus in libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 37. Sancti sermō, & in sua persona orant: Dimitte nobis debita nostra. Anathema sit contra sentiens, & fictionem hac in parte sanctis tribuens.

Exemplum ex-
vir

vir ille Gabriel, quē
antea videram in vi-
sione, cito volans,
tetigit me tempore
sacrificij vespertini.
Et docuit me, & lo-
cutus est mihi, di-
cens: Daniel, nunc
egressus sum, vt me docente intellige-
res. Ab exordio precum tuarū egres-
sus est sermo: Ego autem veni vt indi-
carem tibi, quia vir desiderabilis es,
Tu autem † confide-
ra sermonem, & in-
tellige visionem.

& intelligas, quod vides, quid nos facere oportet, quorum oculi ignorantie tenebris, & caligine vitiorum obcæcati sunt, Hieron.

Septuaginta hebdo-
mades decretæ sunt
super populum tu-
um, & super urbem
sanctam tuam, vt fi-
niatur præuaricatio, & obfignetur
peccatum, & fiat propitiatio pro ini-
quitate, & adducatur iusticia sempi-
terna, & compleatur visio & prophe-
tia, & vngatur sanctus sanctorum.

Scito

auditionis iuxta
dictum Esaie 65.
Adhuc illis cla-
mantibus ego ex-
audiam.

Ambro. lib. 10. in
Lucā: Semper pl⁹
Dominus tribuit,
quam rogitur.

† Si Danieli di-
citur, diligenter
attende vt audias

I I.
Hebdomades
dierum Deut. 16.
Dan. 10. Annorū,
Leuit. 25. Dan. 9.
Beneficia Messie.

Scito igitur & con-
siderato, Ab exitu
sermonis, vt iterum
habitetur & ædifice-
tur Ierusalem, vsque ad Christum du-
cem hebdomades septem, & hebdo-
mades sexaginta duæ erunt, & rursus
habitabitur, & ædificabuntur plateæ
& muri in angustia temporum.

Tempus aduen-
tus Messia, &
periodus fatalis
politix Moyfi.

Et post hebdomades sexaginta du-
as occidetur Chri-
stus, & non erit ei

Mors Messia.

[sc. populus.] Ciu-
tatem verò & sanctuarium destruet
populus ducis venturi, & finis eius
mundatio, & post finem belli definita
vastitas. Et confirmabit testamentum
multis hebdomade vna, & in dimidio
hebdomadis cessa-
bunt hostia & sacrifi-
cium, & erit super
alas abominatio va-
statrix, & vsq; ad fi-
nem definita vastitas
effusa erit.

Abrogatio le-
gis

Super alas, id
est, super Cheru-
bim stantes in ta-
bula propitiato-
rii, in sancto san-
ctorum.

Perpetua vastitas politix, de qua testimonium
dicunt in Ecclesia quidem Chrysostronus in con-
cione de Babyla, Theodoretus libro 3. cap. 20.
histo-

historiæ Ecclesiasticæ, Nazianzenus in secunda oratione contra Iulianum, Niceph. libro 10. cap. 22. Apud Ethnicos verò Marcellinus lib. 23. in historia Iuliani.

C A P V T X.

Argumentum.

E T S I Cyrus anno primo post captam Babylonem ediderat decretum, quo concessit Iudæis reditum in patriam, & dedit mandata de instauratione templi, & attribuit redditus, vt scriptum est in libro Esdræ: tamen hæc letissima initia turbata sunt partim à vicinis Samaritanis, partim aulicis calumnijs. Has difficultates cum videret Daniel, totos dies viginti in luctu & squalore fuit, & sobria precatatione Ecclesiam Deo commendauit. Mittitur ergo angelus ad Danielelem, vt sit non modo testis de exauditione precum, quas Propheta pro salute Ecclesiæ conceperat, sed etiam nuncius presentium certaminum inter bonos & malos spiritus, & futurarum Ecclesiæ calamitatum & liberationum. Est enim narratio huius capituli ~~magis~~ ad longum vaticinium, quod recitatur in capite vndecimo & duodecimo. Obseruet autem lector in capite decimo duos locos, quorum prior describit vices pauorum & con-

solatio-

solationum in pijs pectorib. Alter docet nos de officio angelorū castorum & Deo obedientium.

T E X T V S.

ANno tertio Cyri regis Persarum, Danieli, cuius & alterum nomen est Baltassar, reuelatum est verbum certum, & quidem de maximis rebus, & considerauit verbum, & intellexit visionem. In diebus illis ego Daniel fui in luctu tres hebdomades dierum, panem delicatum non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, imo nec vnguento vnctus sum, donec complerentur tres hebdomades dierū.

timo cuique impendere, vt penitus sibi ex animo & villæ & huiuscemodi delectationes exciderint. Et Vlysses Iliad. 9. ad Achillem inquit:

ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ἐπιπράττει ἔργα μέμνηεν

Nec sunt nobis conuiuia curæ vlla satis.

K

Nam

Postrema reuelatio facta anno ætatis Danielis nonagesimo, aut circiter.

Locus attentionis.

Disertè inquit Hebdomades dierum, ad differentiam hebdomadū, quarum sup. capite nono mentio facta est. Sic Cicero libro 14. ad Atticum scribit, tantis malis vrgeri Remp. & tam graua pericula op-

nda
10.
lib.

tam
essit
lata
us,
etis-
Sa-
liffi-
inti
one
rgo
s de
lute
sen-
iri-
li-
pitis
ita-
ser-
cos,
con-
utio-

Nam honestæ & concessæ voluptates tranquillum tempus requirunt.

Die autem vicesima quarta, mensis primi, eram in ripa fluuij magni, qui est Tigris. Et leuauit oculos meos & vidi, & ecce vir quidam lineis vestibus indutus, cuius cingulum erat aureum, & corpus quasi Chrysolithus, & facies similis fulguri, & oculi eius instar lampadis ardebant, & brachia eius & pedes quasi species æris politi, & vox loquentis sicut vox magnæ multitudinis.

Hæc descriptio significat angelos esse plenos lucis diuinæ.

Vidi autem ego Daniel solus visionem, Nam viri, qui mecum erant, non viderunt, sed terror ingens occupauit eos, & fugientes quæsiuerunt latebras.

Discrimen paucorum in pijs & hypocritis. Nā hypocritæ, vt Saul, fugiunt Deū. Pii verò, vt Daniel, manent in sua statione & sentiunt diuinam consolationem.

Ego autem solus relictus vidi hanc magnam visionem, & non mansit in me robur, & species mea immutata ac deformata est, nec habui quidquam virium. Et audiui
vocem

vocem sermonum eius, cumq; audirem iacui consternatus super faciem meam, & vultus meus adhærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, Et dixit ad me, Daniel vir desiderabilis, intellige verba quæ ego loquor ad te, & sta in loco tuo, nunc enim sum missus ad te. Cumq; dixisset mihi sermonem istum, stetit tremens, Et ait ad me: Noli metuere Daniel, quia à primo die, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, & te afflixisti in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos.

Consolatio, qua erigitur & recreatur Daniel.

Confidera verborum pondera.

i. Deus quidem differt, sed non aufert, modo sit qui sufferat.

ii. Pectus est quod facit desertos in prece.

iii. Necessitas precum magistra.

iiii. Solus Deus invocandus.

v. Exauditio, iuxta dictum, Adhuc loquentibus illis, ego exaudiam.

Princeps autem regni Persarum restitit mihi dies viginti

Pugna bonorum & malorum angelorum.

K 2

& vnum,

& vnum, & ecce Michaël vnus de prin-
 cipibus primis ve-
 nit, vt mihi opitula-
 retur, & ego mansi
 ibi iuxta regem Persarum. Veni au-
 tem vt docerem te, quæ euentura sunt
 populo tuo in nouissimis diebus,
 quoniam visio statuto tempore imple-
 bitur. Cumq; loqueretur mihi huius-
 cemodi verbis, deieci vultum meum
 in terram & tacui.
 Et ecce quidam si-
 milis filio hominis
 tetigit labia mea, &
 aperiens os meum locutus sum, &
 dixi ad eum qui stabat coram me:
 Domine mi, cum viderem te, dissolu-
 tæ sunt compages meæ, & nihil in me
 remansit virium. Et quomodo pote-
 rit seruus Domini mei loqui cum Do-
 mino meo? Nihil enim in me reman-
 sit virium, sed & halitus meus inter-
 cluditur. Rursus ergo tetigit me qui-
 dam hominis speciem præ se ferens,
 & confortauit me dicens: Noli time-
 re vir desiderabilis, pax tibi, esto for-
 tis & robustus. Cum autem loquere-
 tur mecum, conualui & dixi, loque-
 re Do-

Victoria bono-
rum angelorum.

Vices tentatio-
num & consola-
tionum.

re Domine mi, quia confortasti me.
Et ait, Num quid scis, quare venerim
ad te? Et nunc reuertar vt dimicem
aduersus principem Persarum. Cum
enim egrederer, apparuit princeps
Græcorum veniens.

Veruntamen annuntiabo tibi, quod
ita scriptum est, vt certò euenturum
sit, & nemo est adiutor meus aduersus
omnes illos, nisi Michaël princeps ve-
ster. Ego enim anno primo Darij Me-
di ei præsto eram, vt vires & robur
meum cum eo coniungerem. Et nunc
veritatem annuntiabo tibi.

C A P V T X I.

Argumentum.

*Hoc caput est vaticinium de regno Per-
sico, de regno Alexandri Magni & successo-
rum eius, & de bellis regum Aegypti & Syria,
quibus Iudæa duriter quassata est, vt dicitur,
Aliquid mali propter vicinum malum.*

*Cum autem hoc vaticinium penè sit historia
aliquot seculorum, noti sint catalogi regum
Syriacorum & Aegyptiorum, vt narratio aptè
ad regum nomina accommodari possit.*

REGES SYRIAE.

Seleucus.

Antiochus σωτήρ.

Antiochus θεός.

Seleucus ^{καλλίνικος} καλλίνικος, & frater Antiochus
^{βασιλεύς} βασιλεύς. *Sic dicitur et Hierarchus.*

Antiochus Magnus. *αὐτὸς ἴσως ὁ Σελεύς Μεγαλὸς.*

Seleucus φιλοπάτωρ & fratres:

7 sunt Antiochus Epiphanes & Demetrius.

Antiochus ὑπάτωρ filius Epiphanis.

Demetrius Nicanor & frater Antiochus

Sedetes, filij Demetrii.

Antiochus ^{αἰγύπιος} αἰγύπιος filius Demetrii Nicanor-
αἰγύπιος, ἔχων μαστίγιον ἀδύνατον.

Antiochus Cyzicenus filius Sedetis.

REGES AEGYPTI.

I. Ptolemæus Lagi filius.

II. Ptolemæus Philadelphus. *ptol. Ceraunius
frater.*

III. Ptolemæus Euergetes.

IIII. Ptolemæus Philopator.

V. Ptolemæus Epiphanes.

VI. Ptolemæus Philometor.

VII. Ptolemæus Euergetes.

VIII. Ptolemæus ^{φύσκων} φύσκων, id est, ventricosus.

IX. Ptolemæus Alexander.

X. Pto-

- X. Ptolemæus λάθουρος, id est, clam, re-
uersus.
XI. Ptolemæus αὐλοτής, id est, tibicen.
XII. Ptolemæus Dionysius frater Cleopatra.

D E R E G I B V S
S Y R I A E.

Seleucum Iosephus scribit fuisse beneficum erga Iudæos, quos permisit uti proprijs legibus in ciuitatibus suis. Laudat & Pausanias eius iusticiam & clementiam. Aiunt etiam Seleuco & eius posteris femur natiua ancora insignitum fuisse.

Antiochus Soter, secundus post Seleucum, regnavit annos nouendecim.

Antiochus Theos regnavit annos quindecim. Habuit ex Laodice duos filios, Seleucum Callinicum, & Antiochum, cui cognomen fuit Hiërax. Postea Ptolemæus Philadelphus dedit Antiocho Theo filiam Berenicem. Mortuo autem marito Laodice filium Seleucum hortata est ad regnum occupandum, & ad capiendam nouercam. Hanc cum obsidione coëgisset ad deditiōem, interfecit eam cum paruo filio contra datam fidem.

Seleuco Callinico Evergetes rex Aegypti-
K 4 us, fra-

us, frater Berenices, intulit bellum, & ei magnam regni partem ademit. Sed Seleucus Callinicus rursus collecto exercitu, recuperavit Syriam.

Antiochus Magnus intulit bellum Ptolemæo Philopatori, & victus pacem petijt. Cum autem paulò post mortuo Ptolemæo Philopatore rursus speraret Aegyptium regnum, contra fœdera bellum Ptolemæo Epiphani adolescenti intulit. Sed Romani, quibus eum commendarat pater, iusserunt Antiochum abstinere ab Aegypto. Ideo Antiochus ingens bellum aduersus Romanos mouit. Tandem verò Romani victum multis magnis prælijs coegerunt pacem petere, & ademerunt ei florentissimam regni partem ab Ionia vsq; ad Taurum montem.

Antiocho Magno tres filij fuerunt, Seleucus Philopator, Antiochus Epiphanes, & Demetrius.

Seleucus post patrem non diu regnavit.

Antiochi Epiphanis historiam necesse est considerari, & propter exempla calamitatum & mirabilium liberationum Ecclesie, & quia hæc historia imago est Antichristi. Cœpit autem regnare post mortem Alexandri anno centesimo & trigesimo septimo, cumq; astutus esset, ac nosset Romanorum potentiam, nihil contra Romanos mouit, sed prætextu tutelæ
adole-

adolescentis regis Aegyptij, exercitum in Aegyptum duxit. Nupta enim fuerat Ptolemao Epiphani Cleopatra soror Antiochi Epiphani. Ex hac natus fuit Ptolemaeus Philometor, cuius aetas cum mortuo patre nondum matura esset gubernationi, simulat Antiochus, se, quia auunculus erat, tutorem fore adolescentis, & sperat hoc pretextu se potiturum esse regno Aegypti. Cumq; venisset in Aegyptum, praesidia in Memphi, & in alijs quibusdam vrbibus, tanquam tutor collocat.

Erat tunc summus sacerdos Onias vir sanctus, qui propter legationem aberat. Quare eius frater Iason paciscitur cum Antiocho, redeunte ex Aegypto, & promissa ingenti pecunia, petit sibi tradi summum sacerdotium. Excipit ergo in vrbe Ierosolyma Antiochum, qui ingressus templum, multos homines interfecit, & spoliato templo summum sacerdotium Iasoni tradidit. 2. maccab. 4

Post biennium, cum Antiochus in Aegyptum rediturus esset, adest ibi legatus Senatus Romani Popilius, & praecipit nomine Senatus, vt ab Aegypto abstineat, & ex Aegypto praesidia abducat, quia Senatus pupillum defensurus sit. Antiochus metuens Romanos, promittit se imperata facturum esse. Rediens igitur Ierosolymam anno regni sui octauo, iratus, fremens

Et egens, longè maiorem crudelitatem exercere incipit, quàm antea. Proponit edictum, vt relicta lege Moysi, adorent omnes idolum Iouis Olympij, quod ipse in templum Ierosolymæ collocavit. Libros Moysi & prophetarum vndiq; conquisitos igni consumpsit. Munit idolum prasidijs sceleratissimorum militum. Iubet Bacchanalia celebrari in vrbe Ierosolyma. Interficit horrendis supplicijs multos senes, matronas, virgines, nolentes deficere à lege Moysi. Hæc acciderunt anno post mortem Alexandri CXLV. *1. Maccab. 1.*

Anno post mortem Alexandri CXLVIII, recuperavit templum Iudas Macabæus mense Kisleu, qui ad mensem Decembrem congruit.

Vt autem tota defensio Ecclesie tunc plena fuit mirabilium operum Dei & testimoniorum presentie Dei in his, qui non defecerant à lege Moysi: Ita tandem interitus tyranni ostendit, eum diuinitus repressum esse. Cum enim audiret Antiochus, profligatos esse exercitus suos à Iudæis, & idolum ex templo eiectum esse, iratus nouam expeditionem suscepit. In hoc apparatu excussus ex curru, magnis cruciatibus mortuus est, cum regnasset annos duodecim.

Consentaneum est autem, quod vetustas sensit, Antiochum esse typum Antichristi, & quidem regni Pontificij. Et signa cum Pontificio

ficio regno congruunt. Idolium Maozim, prohibitio coniugij, aurea & argentea idola, circumgestatio & adoratio panis. Si quis igitur typum accommodare volet ad regnum Pontificium, prudenter consideret verba Danielis.

D E R E G I B V S A E G Y P T I
P O S T A L E X A N D R V M.

Ptolemaeus filius Lagi, qui inter Alexandri duces iusticia & liberalitate excelluit, retinuit Aegyptum, cum ei bellum inferret Perdiccas.

Lagus satelles
Alexandri et
miles gregarius

Ptolemaeus Philadelphus, quo regnante pax in Aegypto fuit. Huius regis munificentia restituta & late propagata sunt doctrinarum studia, & libri Prophetici in linguam Graecam translati.

Regis Philadelphi filius fuit Evergetes. Hic bellum intulit regibus Syriacis propter interfectam Berenicen, quae fuit soror Evergetae. Studia doctrinarum instituta Philadelphi tempore, maxime floruerunt Alexandria regnante Evergete, qui et erga Iudaeos beneficus fuit.

Ptolemaeus Philopator vicit Antiochum Magnum, afflixit Iudaeos.

Huic successit Ptolemaeus Epiphanes, cui Antiochus Magnus bellum intulit. Sed postea dedit ei filiam Cleopatram uxorem.

Ptole-

Ptolemæus Philometor defensus à Romanis, cum ei Antiochus Epiphanes auunculus regnū erepturus esset.

Reliquorum regum Syria & Aegypti historia non pertinent ad hoc vaticinium Danielis.

T E X T V S.

ECce adhuc tres reges stabunt in Persia, & quartus plures diuitias possidebit quàm alij omnes, & cum potentissimus erit in diuitijs suis, concitabit omnes aduersus regnum Græciæ.

Et stabit rex fortis, & dominabitur dominatione magna, & faciet secundum vo-

luntatem suam. Et cum steterit, conteretur regnum eius, & dispergetur in quatuor ventos cœli, & non ad posteros suos, nec erit tanta potentia successorum, quanta ipsius fuit, quia extirpabitur regnum eius, & ad alienos transferetur.

Stare significat florere, retinere potentiam nondū inclinatam. *ph. me.*

- I. Cyrus.
- II. Cambyfes.
- III. Darius Hy-
staspis.
- IIII. Xerxes.

De Alexandro Magno & successoribus eius.

Et

Et confortabitur rex Austri, qui est ex ducibus eius. Et alius confortabitur è regione, & erit eius magna dominatio. Et in fine annorum sociabuntur, & filia regis Austri veniet ad regem Aquilonis, vt fiat amicitia. Et non obtinebit robur brachij, & nõ stabit semen eius, & tradetur ipsa & comites eius, & puer eius, & is qui eam confortauerat aliquantisper.

Et stabit de germine radicis eius in loco suo, & veniet cum exercitu, & ingrediatur in arcem regis Aquilonis, & vincet & obtinebit. Etiam dij illorum, & imagines, & vasa preciosa argentea & aurea vententur in Aegyptum. Ipse præualebit aduersus regem Aquilonis, & intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur in terram suam.

Ptolemæus Lagi.

Seleucus.

Berenice filia Philadelphi nubet Antiocho Theo regi Syriae

Calamitas reginae Aegyptiae, tradita in manus priuignorum, quæ postea causa fuit & initium bellorum inter vicinos reges.

Ptolemæus Euergetes.

Et

Et filij illius irrita-
buntur, & colligent
multos exercitus, &

De Antiocho
Magno & Ptole-
mæo Philopatore.

veniet veniens instar diluuij, & reuer-
tetur & concitabitur, & congregietur
cum robore eius. Et

prouocatus rex Au-
stri egredietur, & pu-
gnabit aduersus re-

Bellum ad Ra-
phiam, quod de-
scribitur a Poly-
bio lib. 5.

gem Aquilonis, &
armabit maximam multitudinem, &
dabitur multitudo in manus eius, &
capiet multitudinem, & eleuabitur
cor eius, & prosterneat plurimos, &
non confortabitur.

Non confortabitur, id est, non diu superstes
erit, miserè peribit.

Et reuertetur rex
Aquilonis, & addu-
cet maiorem multi-

De Antiocho
Magno & Ptole-
mæo Epiphane.

tudinem quam antea, & post aliquot
annos veniet properans cum exercitu
magno & immensa opulentia. In tem-
pore illo multi stabunt contra regem
Aegypti, & filij præuaricatores po-
puli tui extollentur, vt impleant vi-
sionem & corruant.

Et veniet rex Aquilonis, & vallo
cinget

tinget vrbes, & capiet eas, quanquam probè munitas, & brachia Austri non subsistent, & confluent electi eius ad resistendum, in quibus non erit fortitudo. Et faciet veniens aduersus eum iuxta voluntatem suam, nec erit qui ipsi resistat, & stabit in terra desiderabili, & erit consummatio in manu eius.

Vrbes.] Non Aegypti, sed Syriæ & Phœnicæ.

Initia seruitutis Iudaicæ.

Et conuertet faciem suam vt adducat vniuersam potentiam regni sui. Sed facta pace dabit ei filiam, vt eum perdat. Neq; verò euentus huic consilio respondebit, & conatus eius erit irritus.

Cleopatra filia Antiochi Magni tradita in matrimonium Ptolemæo Epiphani.

Postea conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas. Sed princeps quidam compescet eius petulantiam, ne deinceps ignominia ipsum afficiat. Atq; ita redibit ad suas vrbes, & impingens sic corruet, vt nusquam inueniatur.

Bellum Antiochi cū Romanis, quod describit Liuius Decad. 4.

Interitus Antiochi Magni, qui spolia-

spoliaturus templum quoddam in Syria, a suis interfectus est.

Et stabit in loco illius rapax quæstor honore regio, & cito peribit, non strenuitate, nec in bello.

Seleucus filius Antiochi Magni.

Et stabit in loco eius despectus, & nõ dabitur ei honos regni, & veniet feliciter, & potietur regno per blanditias.

De Antiocho Epiphane, qui est imago Antichristi.

Et brachia, quæ tanquam mare fluctibus inundant, ab eo conterentur, & ipse dux, cum quo fœdus factũ fuerat. Et prætextu cognationis dolosè cum illo aget, & ascendet & vincet exercitu exiguo, & in opulentam atq; florentem prouinciam veniet, & faciet quæ non fecerunt patres & aui eius rapiendo & ferendo spolia urbium, & contra firmissimas vrbes consilia agitabit, & hoc vsq; ad tempus.

Brachia, id est, præsidia Aegyptiaca in Syria.

Dux, scil. Ptolemæus Philometor.

Expeditio Antiochi in Phœnicen.

Et excitabitur cor eius, & fortitudo eius

eius

eius contra regem
Austri cum exercitu

Prior expeditio
in Aegyptum.

magno, & rex Austri prouocabitur
ad bellum cum copijs probè paratis
& armatis, sed non potietur victoria,

quia agitabuntur ad
uersus ipsum consilia

Perfidia ducum
Philometoris.

[sc. proditionis.] Et

comedentes vnà panem, conterent
eum, exercitusq; eius opprimetur, &
cadent interfecti plurimi. Duorum

quoq; regum cor erit vt malefaciant,

& in vna mensa men-

dacium loquentur,

& non succedent con-

silia, quia finis in ali-

ud tempus differe-

retur. Et reuertetur in terram suam

cum magnis opibus, & cor eius con-

tra foedus sanctuarij, & faciet, & re-

uertetur in terram suam.

Certo tempore reuertetur in Au-

strum, & non erit

posterior expeditio

priori similis. Et ve-

nient contra eum na-

ues ex Cithim, & do-

lebit & reuertetur.

Altera expedi-
tio in Aegyptum.

Cithim gentes

in Europa, ortæ à

filijs Iauan, tū in

locis Græcię vici-

nis, tum in Italia.

L

Ibi

Ibi concipiet irarum flammam contra fœdus sanctuarij, & faciet ac reuertetur. Et communicabit consilia cum desertoribus fœderis sancti, & brachia eius stabunt, & prophanabunt sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & ponent abominationem vastatricem, & præuaricatores fœderis decipiet blanditijs.

Populus autē agnoscens Deum suū, confortabitur & faciet. Ac docti in populo docebunt multos, & incident in gladium & flammam, & carcerem, & direptionem multis diebus. Et cum ceciderint, iuuabuntur auxilio paruulo, & multi se adiungent eis fallaciter. Et docti quidem cadent vt explorentur & purgentur, sed vsq;

Initia maximorum malorum, orta a Iudaicis pontificibus, Iasone, Menelao, & Alcimo.

Brachia vocat duces & præsidia, quæ Antiochus in Iudæa reliquit.

Promissio liberationis.

In certaminibus doctrina repurgatur & illustratur.

Pericula doctorum Euangelii.

Modus liberationis.

Duo fines calamitatis.

ad tempus, quia restat aliud tempus.

Et faciet secundū voluntatē suam rex, & exaltabit se & magnificabit super omnem Deum, & contra Deum Deorum loquetur mirabilia, & habebit successus prosperos, donec ira finiatur, quia præfinitio facta est. Et de Deo patrum suorum non intelliget, & de desiderio mulierum, & de vilo Deo non intelliget, quia super vniuersa magnificabit se. Et Deum Maosim in loco Dei venerabitur, & Deum quem nescierunt patres sui, colet auro & argento & gemmis, alijsq; rebus preciosis. Et his qui tuentur Maosim alienum Deum, quem elegit, dabit honores & dominium magnarum facultatum, & terram mercedis loco eis attribuet.

mitatum Ecclesie,
1. Probatio. 11.
Purgatio.

Terribilis descriptio audaciæ & furoris Antichristi.

Consolatio a fine horribiliū calamitatum.

Duę insignes notæ Antichristi, vna manifesta idolatria, Altera, lex confirmans vagas libidines.

Deus Maosim, id est, Deus præfidiorum seu cultus idolatricus, qui immani scuitia defenditur.

Postremo autem ^{ph. m.} geret cum eo bellum rex Austri, & instar turbinis veniet contra illum rex Aquilonis cum curribus, equis & maxima classe, & impresionem faciet in prouincias, cumq; vastitatem fecerit transibit. Et veniet in terram desiderabilem, & multi corruent, Hi verò soli liberabuntur de manu eius, Edom & Moab & primitiæ filiorum Ammon. Et mittet robur suum in terras, & Aegyptus nō effugiet eum. Et dominus erit thesaurorum auri, & argenti, & omnium rerum preciosarum, quas Aegyptus, Lybia & Aethiopia possident. Rumores autem terrebunt eum ab oriente & ab Aquilone. Et magnam expeditionem suscipiet vt plurimos conterat & interficiat. Et figet tabernaculum palatij sui inter duo maria circa montem desiderabilem & sanctum, & veniet vsq; ad finem suū, & nemo ei auxiliabitur.

Hæc postrema pars plus habet obscuritatis, & aliquid de bellis vltimæ senectæ mundi significat.

Conseruatio reliquiarum Ecclesiæ aduersus furores Antichristi.

Domiciliū Antichristi.

C A -

C A P V T XII.

Argumentum.

EXTR^EMA pars vaticiniꝝ ait paulò ante resurrectionem futuras ingentes arumnas Ecclesie. Quatuor autem consolationes hoc loco traduntur, quæ pijs omnibus semper in conspectu esse debent,

Prima est, quod Ecclesia non sit penitus interitura, sed tunc quoq; in illis periculis duratura. Ideo inquit, Docti docebunt multos.

Secunda consolatio, quod ibi sint futura Ecclesie membra, vbicunq; erunt amplectentes puram Euangelij doctrinam. Erit enim, ve hîc inquit, dispersio populi.

Tertia consolatio, quod in his tantis periculis habitura sit Ecclesia defensorem filium Dei. Ideo hîc in textu dicitur: Illo tempore stabit Micaël dux magnus pro filijs populi sui.

Quarta consolatio est, quam hîc quoq; proponit angelus. Cum arumna non sint futura perpetua, hac spe facilius eas feramus, quod pijs promittitur gloriosa liberatio & aeterna leticia, impijs verò denunciantur aeterni cruciatus. Ideo hîc Daniel inquit, Multi resurgent ex pulvere terræ, alij ad aeternam gloriam, alij ad cruciatus sempiternos.

L 3

T E X.

Ex phi:

Lippi

commu:

zarijs

in

Dani:

etern

hac

omni

TEXTVS.

IN tempore autem illo stabit Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus, quale non fuit, ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij quidem ad vitam æternam, alij verò ad perpetuam ignominiam & probrum.

Qui autem doctores fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam multos erudiunt, fulgebunt vt stellæ in perpetua æternitate.

Tu autem Daniel reconde sermoneſ, & obſigna librum vsq; ad tempus finis,

Consolatio à
praesentia filii
Dei.

Prædictio cala-
mitatum, quæ re-
surrectionem mor-
tuorū antecedent.

Illuſtre testi-
monium de reſu-
scitatione mor-
tuorum.

Non cœli pu-
ritas, non stella-
rum fulgor, non
Solis claritas vin-
cet hanc lucem,
quam Deus do-
ctoribus & disci-
pulis Euangelii
communicabit.

finis, quo plurimi discurrent, & multiplicabitur scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce duo alij stabant, vnus in citeriore ripa fluminis, alter in vltiore. Et dixit ad virum qui erat indutus lineis, qui stabat, & qui erat in superiore parte aquarum fluminis: Quando erit finis horum mirabilium? Et audiui virum, qui erat indutus lineis, & qui erat in superiori parte aquarum fluminis, cum eleuasset dexteram & sinistram suam in cœlum, & iurasset per viuentem in æternum, quia ad tempus, tempora & dimidium. Et cum consummata fuerit dispersio populi sancti, complebuntur hæc vniuersa. Ego verò audiens non intellexi: & dixi: Domine mi, quid erit post hæc? Et ait, vade Daniel, quia recondita sunt & obsignata hæc verba vsque ad tempus finis. Ac multi quidem purgabuntur, & dealbabuntur, & explorabuntur. Impiè verò agent impij, neq; intelligent omnes impij, sed docti in-

Ecclesia noui testamenti vocatur dispersio, quia non habet promissionem certæ sedis, vt quondam habebat populus Israël.

telligent. A tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & collocatum idolum vastans, erunt dies mille ducenti nonaginta.

Epitasis belli cum Antiocho.

Beatus qui expectat & attingit dies mille trecentos triginta quinque.

Catastrophe belli.

Et tu vade ad finem, & quiesces & stabis in forte tua sub finem dierum.

Hæc verba bonas mentes ad lectionem Danielis hortari debent.

F I N I S prophetæ Danielis.

Υ Π Ο Μ.

T H O M N H M A T A
 G R A M M A T I C A I N
 Danielelem.

C A P V T I.

P V E R O S.] יללים Infantes. *Psal. 8.*
 יונקים Lactentes.
 יולם Adolescens.

נער Iuuenis.

יללים significat infantes, pueros, & adolescentes, item discipulos, vt Esa. 8. Ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus. אבני החולרים אשר נתן לי יהוה
 Satis autem apparet Danielelem & socios eius non fuisse pueros, sed tales, quorum aetas capax esset doctrinae & disciplinae, & qui confecto triennio in literis ad Rempub. accedere possent.

P R A E S T A N T E S I N G E N I O.] משכילים Intellectu & ingenio praediti.
 שכל Intellectus, ingenium. Hac significatio huic loco congruit, quia adolescentes, de quibus loquitur caput primum, nondum erant imbuti literis & lingua Chaldaica. Infra vero cap. 12. eadem vox significat doctores, qui alios erudiunt, & doctrinam cum eis comunicant.

L 5 QVI-

QVIDAM EX EIS STARENT.] In veteri translatione hoc loco legitur postea. Sed vox Ebraica נַפְּרִיקָא rectius, sicut & supra in eod. cap. redditur per nomen particulare, quidam, aliqui.

BALTASSAR.] נַפְּרִיקָא Hoc nomen sic interpretatur Saadias. הַ De^o Babyloniorū וְנִסְתָּר abscondens seu conservans נַפְּרִיקָא thesaurum, id est, omnia praesidia & nervos regni. Huic nomini euentus respondit. Fuit enim Daniel salutaris gubernator Ecclesiae & politicae in regno Babylonico. Aliorum nominum Chaldaicorum etymologiae, quas affert Saadias, nimis sunt coactae, ideo eas omitto. Baltassari verò ἑτομον confirmat rex ipse Dan. 4. Daniel, inquit, cuius nomen est Baltassar iuxta nomen Dei mei.

C A P. I I.

SYRIACE.] Hucusq; quae lecta sunt sermone narrantur Ebraeo. Ab hoc loco usque ad visionem anni tertij regis Baltassar, quam Daniel vidit in Susis, Ebraicis quidem literis, sed Lingua scribitur Chaldaica, quam vocat
hic

hîc Syriacam, Hiero. Est autem sermo Syriacus seu Chaldaicus affinis Ebraico, quia vicinæ gentes linguã Ebræam à patrib. vsurpatam retinuerunt, sed paulatim deprauarunt, vt fieri solet, vestigia tamen agnosci possunt.

TANTA SEVERITATE.] קָצֵף
Durus fuit. Inde מְתַעֲפֵף & forma Chaldaica מְתַעֲפֵף.

ARIOLI.] אֲרִיּוֹלִין Symmachus *ἰπποσκοπῶν* interpretatus est, quos Græci solent *ἰπποσκοπῶν* appellare, qui exta inspicunt, vt ex his futura prædicent.

CAP. III.

CORNU.] In hoc catalogo Musicorum instrumentorum quatuor nomina recensentur, quæ cum Latinis & Græcis appellationibus congruunt, Cornu, Cithara, Psalterio, & Symphonia סַמְפֹּנְיָא פֶּסַלְתֵּרִין קִיְתוֹם קוֹרְנָא

PALLIIS.] Lingua Chaldæorum Saraballa סַרְבַּל crura hominum vocantur & tibiæ, & ὀμωνύμως etiam brachæ eorum, quibus crura teguntur & tibiæ, quasi crurales & tibiales appellatæ sunt, Hiero.

CAP.

C A P. I I I I.

DEORVM SANCTORVM.] Non mirum est si erret Nabogdonosor, & quicquid super se cernit, non Deum, sed deos arbitretur. Hiero.

VIGIL.] וי Hæc vox significat angelos, quod semper vigilant, & ad Dei imperium sint parati, Hier.

ERIT SANATIO.] In Chaldaico textu non est particula significans dubitationem, sed Daniel perspicua asseueratione affirmat regem accepturum esse remissionem peccatorum, si agat pœnitentiam. Hæc enim sunt verba, quibus Daniel utitur: הוּ תִּהְיֶה
Ecce erit, quasi dicat: Certus hic sermo est, & dignus quem toto pectore amplectaris. Non igitur probanda est glossa, quæ confirmat dubitationem: Cum beatus Daniel præsciens futurorū de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter peccatorib. indulgentiam pollicentur. Imo qui non credit, sed dubitat, arguit Deum mendacij, vt in epistola Ioannis dicitur.

C A P. V.

L E-

LEGAM TIBI.] קָרָא vocavit, legit, מְקָרָא conuocatio. Significat etiā vel integra Biblia, vel versum Bibliorum à legendo.

CONTRA DOMINVM COELI.] מַרָּא by Mar seu Mara significat Dominum. Consentaneū est autem nomen Mara esse à dictione מוֹרָא quod significat doctorem, vel à dictione מוֹרָא quod significat terribilem. Et notæ sunt origines יָרָא docuit, & יָרָא timuit

C A P. V I.

DAMNO.] נָזַק damnū. הָזִיק nocuit.

SVPERABAT.] Vsitatissima vox est in titulis Psalmorum מְנַצֵּחַ significans vincentē, quem vulgo Altistam vocant. Ita hoc loco Daniel appellatur מְתַנַּצֵּחַ id est, longè inter alios eminens, publici consilij autor & princeps.

INTERCESSIT.] שָׁם בָּל posuit cor. Ponitur autem בָּל pro לָב per methathesin literarum, Ebraeis & Chaldæis familiarem.

C A P. V I I.

MINI-

MINISTRABANT.] שִׁמְשָׁם ministra-
uit. Inde Sol dictus est שֶׁשֶׁשׁ quia toti
rerū naturæ seruit. Et apud Gramma-
ticos literę serviles appellātur שִׁמְשָׁם

FRACTVS EST.] Confossus est, à
verbo כָּרַח quod fodere significat Psal-
mo 22. & aliàs sæpè.

DE BESTIA QVARTA.] Sin-
gularis numerus à plurali discernitur
punctis vocalibus, non ipsa termina-
tione. Nam הַיְוֹתָא est bestia vna הַיְוֹתָא
bestiæ plures. Hoc exemplū declarāt,
quàm necessarius sit vsus punctorum
vocalium. His enim remotis infinita
confusio sequitur.

C A P. V I I I.

Haftenus liber Danielis Chaldaico
Syriacoq; sermone conscriptus est.
Cætera quæ sequuntur vsque ad finem
voluminis Ebraicè legimus, Hier.

AMOENAM.] אִמּוֹנָא proprie hinnu-
lum significat. Est autem Ecclesia hin-
nulus, id est, pusillus grex, cui lupi &
aliæ tyrannicæ bestię insidiantur.

REPVRGABITVR.] In Ebræo est
Iustificabitur, sumta metaphora à iu-
stificatione hominis, qui ex reo & pol-
luto

luto fit non reus & mundus seu iustus.

GRAECORVM.] In Ebræo est Iauan. Ostendit autem hic locus appellatione Ionum comprehendi Græcos. Nam euerforē regni Persici nominat regem Iauan, id est, regem Græcorū.

C A P. I X.

CITO VOLANS.] קָיִם est Paul teste Kimhi in radicibus. קָיִם est nomen addita præpositione In.

SEPTUAGINTA.] Petrus Galatinus lib. 4. à cap. 14. vsq; ad 18. inclusive non modo refutat Iudaicas corruptelas, sed etiam confirmat nativam interpretationem huius præclari vaticinij de septuaginta hebdomadib.

HEBDOMADES.] Necessè est hoc vaticinium intelligi aut de hebdomadibus dierū, aut de hebdomadibus annorum. Non enim plures species in scriptura leguntur. Sed non potest intelligi de dierum hebdomadibus propter temporis breuitatem. Nam dierum hebdomades 70. non conficiunt integrum sesquiennium. Loquitur ergo Daniel de annorum hebdomadib,

Vt

V T F I N I A T V R P R A E V A R I -
C A T I O .] Obseruet lector pondera
verborum in textu Ebraico. Primus
gradus est consumere peccatum. Vt
enim stipula à flammis consumitur,
sic tota obedientia Mediatoris pecca-
ta nostra consumit. Secundus gradus
est obsignari, id est, tegere, non im-
putare peccatum. Nam propter obe-
dientiam Mediatoris pro iustis susci-
pimur & habemur. Tertius gradus est
expiare peccatum, videlicet placata
ira Dei per mortem Filij

Porro verbum סִגְלָה bis hoc loco re-
petitum duas habet significationes.
Primum enim vsurpatur pro occulta-
re & tegere, vt cum dicitur, ad obfi-
gnandum peccatum. Deinde signifi-
cat confirmare, vt paulò post ange-
lus inquit: Ad obsignandas visiones.
Nam sigillum aut tegit ea, quæ nolu-
mus ab omnib conspici, aut confirma-
tionis causa publicis edictis additur.

I V S T I C I A S E M P I T E R N A .] Cum
nominat Daniel iusticiam sempiter-
nam, loquitur de consummato bene-
ficio Christi. Nam & in hac vita pro-
pter obedientiam Christi habemus
remis-

remissionem peccatorum & imputationem iusticiæ, & per Christum inchoationem nouitatis & vitæ æternæ, & viuificationem ad vitam æternam, & deinde per eum resuscitationem, iusticiam & vitam æternam. Ac manifestum est, nomen æternæ iusticiæ, opponi iusticiæ operum, quæ desinit cum hac corporali vita.

C A P. X.

MENSIS PRIMUS.] Duplex est ordo mensium Ebraicorum.

<p>ORDO MENSII- um seruatus in Biblijs.</p>	<p>ORDO MENSII- um quæ recentes Iudæi seruant.</p>
---	--

1.	ניסן	Aprilis	Septimus
2.	אייר	Maius	Octauus
3.	סיון	Iunius	Nonus
4.	תמוז	Iulius	Decimus
5.	אב	Augustus	Vndecimus
6.	אלול	September	Duodecimus
7.	תשרי	October	Primus
8.	מרחשון	November	Secundus
9.	כסליו	December	Tertius
		M	10. Ia-

10. טבת Ianuarius Quartus
 11. שבט Februarius Quintus
 12. אדר Marcus Sextus.

C A P. X I.

R E X A V S T R I.] נגב nomen habet à siccitate ופון à caligine , quia regiones Septentrionales plus habent caliginis & tenebrarum.

P R A E F I N I T I O.] פתח significat fossulas in ligno facere , quarum numerus nos de alia re commonefacit.

I N S T A R T V R B I N I S.] ורע vel ורע Iactavit , sicut turbo aliquid iactare solet. Hinc ורע vel ורע tempestas.

F I N I S.

I N-

I N D E X M O N -
S T R A N S V S V M L E C T I O -
N I S P R O P H E T A E D A -
N I E L I S .

*I. Testimonia de articu-
lis doctrinae.*

De persona Messiae cap.	7
De regno Christi cap.	2. 7
De morte Christi cap.	9
De beneficijs eiusdem Domini cap.	9
De tempore aduentus Messiae cap.	9
De iustificatione cap.	9
De vocatione gentium cap.	7
De poenitentia cap.	4. 9
De officio angelorum cap.	4. 7. 10
De cruce cap.	4. 11
De postremo iudicio cap.	7
De resuscitatione mortuorum cap.	12
De fine omnium politiarum cap.	2. 7
Quod imperia diuinitus constituentur cap.	2
Quod sanctis liceat gerere magistratus cap.	2

II. Consolationes.

Consolatio à presentia filij Dei in arumnis cap.

3

Consolatio de stabilitate Ecclesiae cap. 7

M 2

Qua-

I N D E X.

Quatuor loci consolationis propositi senescenti
Ecclesie cap. 12

II. Precationes.

Precatio plena ardentissimorum affectuum cap. 9

III. Gratiarum actiones.

Gratiarum actio pro reuelatione mysterij ignoti
omnibus creaturis cap. 2

Gratiarum actio pro miranda liberatione cap. 3

Gratiarum actio pro mitigatione poenarum &
liberatione cap. 4.

V. Vaticinia de Mo-
narchijs.

De quatuor Monarchijs cap. 2. 7

De regno Mahometico cap. 7

De duabus Monarchijs, Persica & Græca, cap.
8. 11

De Antiocho Epiphane cap. 8. 11

De Antichristo cap. 8. 11

De fine politie Iudaica & perpetua vastitate
cap. 9

De bellis regum Syria & Aegypti cap. 11.

VI. Con-

I N D E X.

VI. Conciones de bonis operibus.

προσκειμένα accessuri ad Remp. cap.	1
προσκειμένα gubernatoris in Rep. cap.	6.

VII. Predictiones.

De reditu populi exulantis in Babylone cap.	9
De calamitatibus, quæ resurrectionem mortuorum antecedent cap.	12.

VIII. Miracula.

Conseruatio trium virorum in medijs flammis cap.	3
Conseruatio Danielis inter leones cap.	6.

IX. Exempla.

Conuerſionis mali in bonum cap.	1
Clementia & moderationis in victoria cap.	1
Fidei & constantie cap.	1
Fidelitatis seruorum erga dominos cap.	1
Premiorum pietatis cap.	1
Exaudita precatationis cap.	2. 9. 10
Modestie & dilectionis cap.	2
Pœna sycophantarum cap.	3. 6
Vanissime arrogantie cap.	2
Seuera iusticia cap.	2

M 3

Retra-

centis
12

p. 9

nes.

gnoti
2

cap. 3
m &

4.

2. 7

7

, cap.

8. 11

8. 11

stitue

11.

. Con-

I N D E X.

<i>Retractationis impiorum edictorum cap.</i>	3. 6
<i>Ira cap.</i>	4
<i>Gratiæ</i>	ibid.
<i>Pœnitentiæ</i>	ibid.
<i>Punitæ blasphemie cap.</i>	5
<i>Aulicæ benevolentie & gratitudinis cap.</i>	6
<i>Fidei</i>	ibid.
<i>Confessionis</i>	ibid.
<i>Vicissitudinis tentationum & consolationum cap. 10</i>	
<i>Calamitatum Ecclesie & mirabilium libera- tionum cap. 11.</i>	

X. *Lumina elocutionis.*

<i>Hypotyposis diuinorum pauorum cap.</i>	5
<i>Antithesis veri Dei & idolorum</i>	ibid.
<i>Imago Ecclesie cap.</i>	6
<i>Descriptio Antichristi cap.</i>	11.

F I N I S.

L I P S I A E


I M P R I M E B A T I O H A N -
N E S S T E I N M A N
T Y P I S V O E G E L I A N I S.

A N N O M . D . L X X I I .

6
4
d.
d.
5
6
l.
l.
e

5
l.
6
.





da 5703


(82210678)

Sbc

31.

~~da~~






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



DANIELIS
PROPHETAE
SCRIPTVM,
AD EBRAICAM ET
CHALDAICAM VERITA-
tem recognitum, & argumentis
atque scholijs illu-
stratum
à
Victorino Strigelio.

2



L I P S I A E. 6
CVM PRIVILEGIO DECENNII.

Vol 5836 *M*

